- 9-11. c. 6 . . . beatum Bonifacium archiepiscopum metropolitanae civitati Maguntie presidere fecerunt. Sanctus vero Bonifacius circa se cernens paucos esse divini verbi propagatores, sicut in sancto legitur eloquio: Multa quidem messis, operarii vero pauci . . . verbum Dei per Thuringiam et Hessorum regionem fiducialiter predicavit.
- 13-20. c. 5 Mox gloriosus dux Francorum Karolus cum ceteris eiusdem regni principibus popularique consensu eum cum magno coegit precatu, ut iterum adiret Romam et a summo pontifice pastoraalem acciperet benedictionem. . . . Hunc vero dominus papa scilicet Gregorius . . . suscepit ac iuxta gloriosi ducis Francorum petitionem aliorumque eiusdem regni principum illum archiepiscopum ordinavit nomenque illi propter sua bona opera Bonifacius imposuit. Sic quoque apostolica auctoritate sublimatum in opus ewangelizandi remisit iterum.
- c. 6 Illi igitur cum episcopis omnique gradu ecclesiastico, videlicet illius regionis, synodum adunaverunt et beatum Bonifacium archiepiscopum civitati Maguntiae presidere fecerunt.

Caput 15a

- Tempore quo sanctus Clemens Traiectense digne rexit ecclesiam, sacerdos quidam nomine Winfridus, natione clarus, ab Anglia venit in Germaniam, ut prophanum ydolatrie cultum aboleret, ac rudem populum documentis ewangelicis informaret. Quem extunc beatus Clemens cum omni veneracione
- 5 suscipiens obnixius oraverat, quatenus fidelis cooperatur eius in ewangelica predicacione fieret. Winfridus ergo precibus reverendi pontificis acquiescens ad xiii annos in sancta Traiectensi mansit ecclesia, paganum convertendo populum a barbara gentilitatis ydolatria. Demum idem Winfridus animad-
- 10 vertens messem multam, operarios autem paucos apud ulteriorem esse Germaniam, valedicto Clemente secessit ad Magunciam, ubi verbum eterne beatitudinis denuo predicare cepit, et Francos cum Turingis ab infidelitatis errore Deo prosperante convertit. Et quoniam Magunciensis antistes illis diebus obdormivit in Domino, ideoque Karolus dux primates cum prelati-
- 15 coadunavit in sancta synodo, postulans ut Winfridus sacerdos orbate sedi preficeretur episcopus, eo quod in conversione paganorum predicator esset inclitus. Igitur idem Winfridus Magunciensis urbis pastor electus pro pontificali benedictione Romam ascendit, quem extunc papa Gregorius huius nominis secundus condigne suscepit, tradens eidem archiepiscopalem benedictionem cum superhumerali pallio, imponensque sibi nomen Bonifacius ex
- 20 favore specialissimo. Bonifacius ergo pontificali fultus honore reversus est ad Magunciam, et in cunctis finibus sue dyocesis diligenter expiravit ydolatriam, ita quod paganorum multitudo maxima iam prophanam sectam refutarent, et catholice fidei documentis salutaribus adhererent.

Cap. 15a

- 7 paganum *II ontbr III*
 11 denuo *II ontbr III*
 12 magunciensis *cet maguntinensis G*
 19 imponensque sibi *cet imponensque ei G12 imponens ei G3*
 20 ergo *II igitur III*
 21 cunctis *II ontbr III*
 22 maxima *II maxime III*

Caput 15b

- 1-7. *Vita Bonif. III* Post hec autem, non multis transactis annorum curriculis, contigit
c. 7 beato Bonifacio relatu didicisse sanctum Willibrordum ex hac peregrinatione ad celestem patriam obitu feliciter migrasse ... obviavit illi mente, quantocius synodum coadunare debere. Nec mora, convenientibus in unum episcopis, ... Lul venerabilem virum Maguntiae sedis sibi elegit successorem; ... navim conscendens ... Traiectum usque pervenit.
- 4-6. *Chr. E. 11* 752 Sanctus Bonifacius substituto sibi in sede Moguntina viro
ontbr Ann. E. venerabili Lullo nomine in episcopatu Traiectensi beato Willibrordo succedens ...
10. *oork. 940* ... ecclesias gloriosi patroni mei sancti Martini ac sancti Salvato-
Cart. 222 ris ...
17. *oork. 1088* ... quod in fundacione prima maioris Ecclesie Traiectensis certus
Cart. 227 numerus est statutus canonicorum, videlicet xl cum preposito et decano ...

Caput 15b

Aliquantis exinde lapsis diebus Bonifacius dolenter intelligens sanctum Clementem ab huius incolatu seculi transmigrasse, et ecclesiam Traiectensem pastorali regimine viduatam esse, congregavit extimplo quorundam episcoporum sanctam synodum, in qua Lullonem venerabilem Dei sacerdotem
 5 Magunciensem ordinavit episcopum. Nec mora quin et idem Bonifacius exorante Karolomanno duce navigando Traiectum advenit, et desolatam ecclesiam in Dei nomine gubernandam accepit, ne populus per predicacionem suam dudum conversus ad ydolatrie sectam rediret, sed potius in Dei timore constantissime permaneret. Hic ergo presul egregius divini nominis obsequium ampliare volens, condidit infra civitatem Traiectensem cenobitalium
 10 canonicorum ecclesiam, oratorio primordiali sancti Salvatoris vicinam et contiguam. Hec quidem ecclesia diversis tytulis privilegiata legitur, que vulgari-ter Antiquum Monasterium pro tanto forte dicitur, quoniam ecclesia Traiectensis aliquando renovata fuit, sed hec in edificio veteris structure permanens hactenus irrenovata duravit. Quidam tamen asserunt eandem ecclesiam a sancto Clemente primo superedificatam esse et lxxx canonicos in ipsa
 15 prebendatos extitisse, de quibus idem Clemens xl sumpsisset, quos in ecclesia sancti Martini confessoris almiflui transplantasset. Si autem ita hoc fuerit, veritati non contradicimus, verumptamen nullam exinde certitudinem ex privilegiis vel hystoriis aliquatenus indagare potuimus. Presul ergo Bonifacius Traiectensem condigne regens ecclesiam tanquam fidelis servus et prudens in lucrandis animabus pervigil fuit, et de conversis paganis duplicatum talentum suo Domino reportavit.

Cap. 15b

- 1 exinde *cet* inde *D34*
 3 esse *cet ontbr A*
 extimplo *t/m* synodum *II* sanctam synodum quorundam episcoporum *III*
 4 lullonem *cet billonem D*
 dei *II ontbr III*
 6 exorante *II ontbr III*
 9 ergo *II igitur III*
 11 oratorio *t/m* salvatoris *II* oratorio sancti salvatoris primordialis *III*
 17 extitisse *II fuisse III*
 18 almiflui *II ontbr III*
 ita hoc *II hoc ita III*
 19 veritati *cet* veritati consonum *G*
 20 ergo *II igitur III*
 21 servus *III ontbr II*

Caput 16

- 2-4. *ChrE 9* 750 Pippinus auctoritate et precepto Zacharie pape in regem Francorum electus est . . . inunctusque est in regem a sancto Bonifacio Mogontino archiepiscopo.
- 2-3. *AnnE p. 117 (uit Regino)* 750 Pippinus secundum morem Francorum electus in regem ungitur a sancto Bonifacio Maguntiensis civitatis episcopo.
- 10-52. *Brief van Bonifacius (MG Hist. epist. III n° 109 Berl. 1916) p. 395* Venerando et diligendo domino apostolatus privilegio predito Stephano pape Bonifacius exiguus legatus vel missus Germanicus catholice et apostolice Romane ecclesie optabilem in Christo caritatis salutem. Nam tempore Sergii apostolice sedis pontificis venit ad limina sanctorum apostolorum presbiter quidam mire abstinencie et sanctitatis generis Saxonum nomine Uuilbrord et alio nomine Clemens vocatus, quam prefatus papa episcopum ordinavit et ad predicandum paganam gentem Fresorum transmisit in litoribus Oceani Occidui. Qui per L annos predicans prefatam gentem Fresorum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana et delubra destruxit et ecclesias construxit et sedem episcopalem et ecclesiam in honore sancti Salvatoris constituens in loco et castello quod dicitur Traiectum. Et in illa sede et ecclesia sancti Salvatoris, quam construxit, predicans usque ad debilem senectutem permansit. Et sibi coepiscopum (ander hs: corepiscopum) ad ministerium implendum substituit et finitis longeve vite diebus in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carlmannus commendavit mihi sedem illam ad constituendum et ordinandum episcopum. Quod et feci. Nunc autem Colonensis episcopus illam sedem prefati episcopi Clementis a Sergio papa ordinati sibi usurpat et ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructe a paganis ecclesiole, quam Uuilbordus derutam (ander hs: dirutam) usque ad solum in castello Traiecto repperit et eam proprio labore a fundamento construxit et in honore sancti Martini consecravit. Et refert quod ab antiquo rege Francorum Dagobercto castellum Traiectum cum destructa ecclesia ad Colonensem parrochiam donatum in ea conditione fuisset, ut episcopus Colonensis gentem Fresorum ad fidem Christi converteret et eorum predicator esset. Quod ipse non fecit. Non predicavit, non convertit Fresos ad fidem Christi, sed pagana permansit gens Fresorum, usque quo venerandus pontifex Romane sedis Sergius supra-dictum servum Dei Uuilbrordum episcopum ad predicandum supra-dicte genti transmisit. Qui illam gentem, ut prefatus sum, ad fidem Christi convertit. Et modo vult Colonensis episcopus sedem supra-dicti predicatoris Uuilbrordi sibi contrahere, ut non sit episcopalis sedes subiecta Romano pontifici, predicans gentem Fresorum. Cui respondebam, ut credidi, quod maius et fortius (ander hs: pocius) fieri debeat preceptum apostolice sedis et ordinatio Sergii pape et legatio venerandi predicatoris Uuilbrordi, ut et fiat sedes episcopalis subiecta Romano pontifici, predicans gentem Fresorum, quia magna pars illorum adhuc pagana est, quam destructe ecclesiole fundamenta diruta et a paganis conculcata et per negligentiam episcoporum derelicta. Sed ipse non consentit. Sed modo paternitatis vestre iudicio mihi intimare dignemini. Et si hoc iustum sit responsum et vobis placeat, quod illi Colonensi episcopo reddidi, vestra auctoritate

Caput 16

- Hiis diebus dissensio quedam exorta est inter ecclesiam Coloniensem et Traiectensem, postquam enim Bonifacius archiepiscopus Traiectensis iubente Zacharia papa Pippinum ducem Suessionis unxisset in regem Francorum, quem Clemens pridem baptizaverat in regno Germanorum, archiepiscopus
- 5 Coloniensis asseruit castrum cum ecclesia Traiectensi donacione Dagoberti regis ad metropolitanatum suum spectare, et econtra prefatus Traiectensis archiepiscopus affirmavit ecclesiam suam ad sedem apostolicam sine medio pertinere, quapropter et ipse Bonifacius presentis epistole consultacionem scribi fecit, quam sanctissimo patri domino Stephano pape destinavit.
- 10 „Diligendo domino apostolatus privilegio Stephano pape, Bonifacius exiguus (. . .!) vel missus Germanie catholice et apostolice ecclesie optabilem in Christie charitate salutem. Nam tempore Sergii apostolice sedis pontificis venit ad limina apostolorum presbiter quidam mire abstinencie et sanctitatis genere Saxonum, nomine Willibrordus et alio nomine Clemens vocatus, quem
- 15 prefatus papa episcopum ordinavit et ad predicandum paganam gentem Fresorum transmisit in littoribus Oceani Occidui. Qui per quinquaginta annos predicans prefatam gentem Fresorum magna ex parte convertit ad fidem christianam, (. . .!) et delubra destruxit et ecclesias construxit et sedem episcopalem in honore sancti Martini et basilicam in honore sancte Crucis
- 20 in loco et castello quod dicitur Traiectum (. . .!), ubi predicans usque debilem senectutem mansit, et sibi coepiscopum ad ministerium implendum constituit et finitis longeve vite diebus in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Francorum Karlomannus commendavit mihi sedem illam ad constituendum et ad ordinandum episcopum. Quod et feci. Nunc autem Coloniensis episco-
- 25 pus eandem sedem prefati episcopi Clementis a Sergio papa ordinati sibi usurpat et ad se pertinere dicit propter fundamentum cuiusdam destructe a paganis ecclesiole, quam Willibrordus dirutam usque ad solum in castello Traiecto repperit et eam proprio labore a fundamento construxit et in honore sancti Martini consecravit. Et refert quod ab antiquo rege Francorum Dago-
- 30 berto castellum Traiectum cum destructa ecclesia ad Coloniensem parochiam donatum in ea condicione fuisset, ut episcopus Coloniensis gentem Fresorum (. . .!) converteret et eorum predicator esset. Quod ipse non fecit: non predi-

Cap. 16

1 dissensio quedam *cet* quedam dissentio *D* (*spelling varieert: dissensio G23B dissentio CD34 dissencio A3G1 discencio A12D12 discentio F Wij hebben de klassieke vorm maar aangenomen*)

4 pridem *cet* prius *G*

6 metropolitanatum *II* metropolitanatum *III*

11 *In alle hss is legatus achter exiguus weggevallen*

16 quinquaginta *of 1 cet* quinque *D2*

17 *et II ontbr. III*

19 in honore *cet* in honorem *G*

20 construxit *uit de bron is weggevallen, cet collocavit D Dit heeft Buch. in zijn Aant., kennelijk uit het hs van reg. 16, maar Furr. en Lap emenderen met extruxit*

24 *ad II ontbr III*

32 *ad fidem Christi uit de bron is weggevallen*

roborate, ut preceptum Sergii pape et sedis illa stabilis permaneat. Sic enim potestis nos, si vobis placet, adiuuare, si de scrinio ecclesie vestre exemplare iubetis et mihi transmittere, quicquid prefato episcopo Uilbrordo episcopo ordinato sanctus Sergius preciperet et conscriberet, ut ex auctoritate sanctitatis vestre contradicentes convincere et superare valeam. Si autem aliter iustius sanctitatis (ander hs: -tati) vestre videatur, consilium paternitatis vestre insinuare mihi dignemini, ut sequar.

Caput 17a

- 1-3. *Vita III Bonif. c. 8* Cum autem beato pontifici Bonifatio martyrique futuro suae peregrinationis immineret premium . . . didicit per spiritus sancti gratiam felicitis martyrii se subire debere victoriam . . . ad eam palmam sibi socios elegerat . . . beatum Gregorium . . . eiusdem Traiectensis ecclesiae sedi prefecit pastorem.
2. *Vita Greg. c. 10* Quo tempore in eius discipulatu . . . beatus Gregorius . . . cui et successit pius heres . . .
- 3-5. *Vita III Bonif. c. 11* . . . sanctus Eobanus eius cooperator et coepiscopus . . . Wintrung et Walthere (var.: Wintrungus et Walterus) et Adelhere sacerdotali gradu sublimati, Hamund, Scirbald et Bosa (var.: Hamundus, Scirbaldus et Boso) levitici ordinis officio deputati, Waccar et Gundwaccar, Illehere et Bathevulf (var.: Wacharus, Gundere, Hildere, Batewlfus; het zijn de hss als 2a, b, c, aangeduid), monachicae vitae subditi.
- 6-8. *c. 9* . . . navigium cum electis sibi sociis . . . transmensus est flumen quod nuncupatur Almere et ad pagos Fresonum pervenit . . . ibique beatorum vallatus caterva fixit tentoria. . . gentem erroneam ab idolorum cultura revocando et ad superni regis cultum convertendo. Quid plura? ewangelici sermonis prece totam tuba personavit Fresiam.
- 9-12. *c. 10* Ast serpens antiquus . . . semper inimicus humano generi, quosdam instigavit de gente crudeli, qui necdum fuerant a diabolicis superstitionibus emancipati, suos scilicet satellites . . .; dicebant enim se mori malle quam patrios ritus derelinquere.
- 12-16. *c. 12* Bonifacius . . . quantocius codicem verba Domini habentem suscipiens, cepit populo tumultuanti Christum predicare viamque salutis ostendere. Ast carnifices cum illorum duce diabolo . . . cum gladiis ac lanceis armati, sevientes irruerunt in famulos Dei . . . eos cruenta morte trucidantes . . . sancti martyres enim perstiterunt immobiles

cavit, non convertit Fresos ad fidem Christi, sed pagana permansit gens Fresorum, usque quo venerandus pontifex Romane sedis Sergius supradictum
 35 servum Dei episcopum Willibrordum ad predicandum supradicte genti transmisit. Qui illam gentem, ut prefatus sum, ad fidem Christi convertit. Et modo vult Coloniensis episcopus sedem supradicti predicatoris Willibrordi (. . . !)
 40 contrahere, ut non sit episcopalis sedes subiecta Romano pontifici, predicans gentem Fresorum. Cui respondebam, ut credidi, quod magis et pocius fieri debeat preceptum apostolice sedis et ordinatio Sergii pape et legacio venerandi
 45 predicatoris Willibrordi, ut et fiat sedes episcopalis subiecta Romano pontifici, predicans gentem Fresorum, quia magna pars gentis illius adhuc pagana est, quam destructe ecclesiole fundamenta diruta et a paganis conculcata et per
 50 neglicenciam episcoporum derelicta, sed ipse non consentit. Sed modo paternitatis vestre iudicio insinuare mihi dignemini, et si hoc iustum sit, respondeatis, et si vobis placeat, quod illi Coloniensi episcopo reddiderim, vestra auctoritate roborate (. . . !). Sic enim potestis nos, si vobis placeat, adiuvare, si de scrinio ecclesie vestre exemplare iubeatis et mihi transmittere quidquid
 prefato episcopo Willibrordo episcopo ordinato sanctus Sergius preciperet
 55 et consciberet, ut ex auctoritate sanctitatis vestre contradicentes convincere et superare valeam. Si autem aliter iustius sanctitati vestre videatur, consilium paternitatis vestre mihi insinuare dignemini, ut sequar.
 Hanc itaque consultacionis epistolam Bonifacius ad Romanam curiam transmisit, qui modico dehinc elapso tempore, negotio nondum expleto, vitam cum
 55 martirio consummavit.

Caput 17a

Anno Domini dcllii^o beatus Bonifacius inspiracione divina perpendens suum instare martirium, ordinavit Gregorium venerabilem virum Traiectensem episcopum. Ipse vero cum Eobano coepiscopo, Wintrungo, Waltero ac Adelberto presbiteris, Haymundo, Scirbaldo et Bosone levitis, Wackaro,

33 non convertit *cet* nec convertit *G*
 34 venerandus *II* reverendus *III*
 35 episcopum Willibrordum *III* (*bron*) Willibrordum episcopum *II* supradicte *II* dicte *III*
 37 sibi *uit de bron is weggevallen*
 38 contrahere *cet* contingere *G23*
 39 gentem *cet* genti *D*
 Cui *t/m reg. 42 Frisorum overgeslagen F*
 40 legacio *G* legacione *AB* in legacione *C* super legacione
 41 ut et fiat *G* et ut fiat *III*
 45 insinuare *in alle hss; bron: intimare, wat Lap heeft afgedrukt.*
 46 placeat *II* placeret *III*
 47 *Een zinsnede uit de bron is weggevallen: ut preceptum Sergii pape et sedes illa stabilis permaneat, wat Lap heeft ingevoegd.*
 potestis nos *II* vos potestis *III*
 48 quidquid *cet* quisquis *AD12*
 49 episcopo Willibrordo episcopo ordinato *III* episcopo Willibrordo ordinato *F*
 Willibrordo episcopo ordinato *G*

- 17-18. *c. 12* Passi sunt autem sancti martyres Christi sub die nonarum iunii . . . Numerus quoque sanctorum martyrum qui cum beato pontifice Bonifacio passi sunt pro Christo, quinquaginta duo.
- 18-20. *c. 10* Mox ut adletae Dei audierant, cum proprio pastore quantocius ad vicum qui vocatur Dockinga gaudentes ibant, in quo noverant carnifices cum cruenta multitudine congregatos ut trucidarent Dei famulos. Sanctus Bonifacius adhortatus est sibi socios . . .
19. . . . benedictionem pro persecutione mutantes . . . suorum quoque corpora pro Christo sponte offerentes ad supplicia.
21. *c. 13* in eodem loco ubi palmam martyrii susceperunt . . .
- 22-26. *Vita Bonifacii auctore Willibaldi ed. Levison, p. 51* Sicque pretioso auri argentique pretio privati, codices quos invenerunt alios per campi planitiem disperserunt, alios siquidem paludum arundineto inferentes, alios etiam in diversis quibusque locis abscondentes proiecerunt; sed tam omnipotentis Dei gratia quam etiam precibus Bonifacii summi pontificis atque martyris inlesi et intemerati, magno postea dilapso temporis spatio, reperti sunt et ad domum, in qua usque hodie animarum prosunt saluti, a singulis quibusque inventoribus remisi.
- 30-31. *Vita II Bon. c. 13* Sed corpora supra nominatorum martyrum aliorumque tredecim a fidelibus Christi collecta sunt, et in navim cum beato Bonifacio immissa, . . . usque Traiectum pervenerunt: illic enim cum ymnis et psalmodiis suscepta et in ecclesia quae est in honore sancte Trinitatis consecrata, cum omni timore et veneratione sepulta.
(Codex 2c addit:) Post paucos vero dies a passione sanctorum . . . translatum fuit corpus sancti Bonifacii a Traiecto atque in Fuldense monasterio, quod ipse vivens construxerat, honorifice conditum.
35. *Ann. Egm. p. 117 (uit Mart. Fuldense) ook: Ann. Xant. MG II p. 222* 752 Passus est sanctus pater noster Bonifacius vir apostolicus et omni sapientia adornatus . . . Novissime ergo, cum multos ex Fresonibus christiane religioni subiugasset, a paganis qui supererant gladio peremptus cum martirii gloria migravit ad celestia regna, corpusque illius, comitante fidelium maxima turba, ad Fuldense monasterium, quod ipse sibi in solitudine Boconia construxerat, cum magnis Dei laudibus transportatum et condigno honore tumulatum miraculis ibidem plurimis claret.

Cap. 17a

- 3 eobano *G* unbano *F* cubano *III* Men kan ook eubano als auterusezing aannemen.
- 4 ceteris *II* citra *III*
- 9 remissa *II* relicta *III*
- 15 perneciter *III* pertinaciter *II* (kennelijk onder invloed van 8 woorden eerder; de bron heeft sevientes)
- 20 qui in *III* qui et *II*
- 23 doctrinam *II* fidem *III*
- 29 omnino *II* ontbr *III*
- 31 predictorum martirum *cet* sanctorum martirum *G*
almere *II* almam *ABCD23* alveum *D4* almē *D1*
- 35 boconie *of* botonie *FACD* vacacione *B* boronie *G*
- 36 extruxit *cet* construxit *G*
- 36 idem gloriosus martir *cet* gloriosus idem martier *G*
- 40 rudis et adhuc tenera *cet* adhuc rudis et tenera *G*
- 46 necessitatis inopia *II* necessitate *III*

5 Gondero, Hildero et Bertulfo monachis ac ceteris xxx summe religionis viris
 honestis flumen Almere transcendens ad infidelem Frisie populum navigando
 devenit, ubi fixis tentoriis aliquantisper recreacioni se dedit: denique veritatis
 prece constanter annunciare cepit ewangelium pacis, uit plerique Frisones
 remissa perfidia se subicerent iugo christiane legis. Sed humani generis hostis
 10 antiquus totis nisibus in contrarium obstans, suscitavit adversus sanctos predi-
 catores quosdam cruentos satellites, malentes potius occumbere, quam dya-
 bolicum ritum paternas tradiciones omittere. Sanctus autem episcopus insanientis
 vulgi minas omnino parvipendens, exhortantibus discipulis codicem constan-
 ter aperuit, et verbum eterne salutis insultanti populo predicare non distulit.
 15 Carnifices vero sicut aspides surde, paternis monitis aures suas pertinaciter
 obturantes, cum lanceis et gladiis in athletas Dei perneciter irruerunt, quos
 omnes diversis plagis afficientes sub die nonarum iunii cruentissime trucidarunt.
 Sancti quidem martires numero lxx perstiterunt adversus paganorum
 insultum, immobiles benedictionem pro persecucione prestantes, atque
 20 semetipsos ultroneos ad martirium offerentes, qui in vico Dockem pro Christi
 nomine pariter interempti sunt, ac in preclaro celi palacio cum palma victorie
 gloriose laureati sunt. Nec mora quin prophani Frisones festinaverunt exinde
 codicem sancti presulis particulatim scindere, et christianam doctrinam de
 finibus suis prorsus abicere; sed virtus divina sacrum codicem de manibus tot
 25 gentilium conservavit illaceratum, in quo conscriptum fuit eterne vite salutare
 documentum. Hiis itaque gestis cruenti carnifices de strage sanctorum mar-
 tium exultantes reversi sunt ad propria, ut epulando diem festum agerent in
 magna leticia. Et ecce miraculum inauditum, quoniam omnes panes eorundem
 grassatorum omnino conversi sunt in lapides, qui pro memoria sanctorum
 30 martium hodierno tempore servantur apud Frisones. Quidam vero Christi
 fideles collectis lxx corporibus predictorum martium transiverunt Almere
 repentino navigio, inhumantes eadem in ecclesia sancti Salvatoris Traiectensis
 honore congruo. Corpus autem sancti Bonifacii preciosi martiris per miracula
 divinitus ostensa translatum est ad Fuldense monasterium ordinis beati
 35 Benedicti Magunciensis dyocesis, quod ipse pridem infra solitudinem Boconie
 supereleganter extruxit ad perhennem laudem sui nominis, ubinam et idem
 gloriosus martyr diversis claret virtutibus, et in magna reverencia frequentatur
 a devotis Christi fidelibus. Hic electus Deo pontifex ecclesie Traiectensis
 secundus archiepiscopus fuit, quam a transitu sancti Clementis xvi annis
 40 studiose rexit. Post cuius necem Traiectensis ecclesia rudis et adhuc tenera me-
 tropolitana dignitate caruit, quoniam adversus Coloniensem ecclesiam magnis
 opibus habundantem de cetero stare non potuit. Tota nichilominus dyocesis
 ecclesie Traiectensis post modicum tempus ex feritate Danorum tantundem
 pene depopulata fuit, et terra non habens agricolonem aliquanto tempore
 45 spinas et tribulos germinavit. Quapropter episcopi Traiectenses urgente
 magna necessitatis inopia Romanam curiam pro archiepiscopali benedictione
 nequientes, susceperunt a viciniori metropolitano simplicem benedictionem
 sicut abbates, sine mitra pontificali longo tempore celebrantes.

Caput 17b*Zie bij cap. 21b.***Caput 18a**

- 1-12. *Vita Greg.*
c. 2 Cum ipse electus Dei Bonifatius martyr post tredecim annos . . . admonitus a Deo . . . iter agere coepisset lucratorum Deo populorum causa, pervenit ad Palatiolum monasterium virginum prope Treveris civitatem, in ripa fluminis Mosella, cui tunc abbatissa praeerat nomine Addula, religiosa valde et timens Deum. Quae cum vidisset athletam Dei . . . venientem in hospicium suum, recepit eum . . . Cumque ille sacer sanctus viator Bonifatius . . . sederunt ad mensam, ipse scilicet et ancilla Dei Addula abbatissa cum familia sua. . . . Tunc quaesitus lector, et iuxta Dei providentiam inventus est electus puer Gregorius . . . quasi quartum decimum aut decimum quintum aetatis suae agens annum . . . Datusque est ei liber. Qui accepta benedictione, coepit legere . . . Cum consumasset autem lectionem et secundum morem ecclesiae oratione concluderet Tunc beatus Bonifatius: 'Repete, ait, ab exordio lectionem tuam . . . ' Tunc exorsus est sanctus magister et libera voce coepit praedicare et matri et omni familiae. Quae praedicatio ex quo fonte processerit, statim claruit in conversione Gregorii ingeniosi pueri . . . et cor prudens et docibile pueri Gregorii . . . ut . . . oblivisceretur et parentum et patriae . . . dicens se velle cum homine pergere.
- 13-15. Tunc electi Dei iter desideratum peragentes, venerunt Thuringeam. . . . Coepit quoque et electus adolescens Gregorius in discipulatu ipsius proficere aetate et sapientia et in tantum amabilis fieri magistro, ut . . . iam adiutorem fidelem illum habens in omni opere bono.
- 16-20. c. 10 . . . post martyrium sancti magistri . . . ipse quoque beatus Gregorius . . . suscepit auctoritatem seminandi verbum Dei in Fresonia; in qua primus sanctus Willibrordus cognomento Clemens archiepiscopus . . . in loco qui nuncupatur Traiectum . . . et successit sanctus Bonifatius eidem archiepiscopus et martyr Quo tempore in eius discipulatu . . . beatus Gregorius . . . cui et successit pius heres . . . Eademque caritate . . . larga et melliflua eruditione populum illum irradiavit . . .
22. c. 8 (p. 73
reg. 34) . . . Marchelmum videlicet . . .
22. c. 4 (p. 72
reg. 3) Willibaldus, electus Dei antistes.

Caput 17b

Nequaquam et hoc taciturnitate preteriri debet, qualiter Deus acerbam ulcionem de preciosa morte suorum militum suscitavit. Widichindus enim princeps ulterioris Frisie cum innumeris bellatoribus Lavicam pertransiens comitatus de Ostergou et Westergou in vastam solitudinem redegit, ac omnes indigenas
 5 eorundem comitatum in ulcionem sanctorum martirum Deo vindice necidavit.

Caput 18a

Cum beatus Bonifacius archiepiscopus diversas perlustraret urbes ad dilatandum cultum divini nominis, contigit ut deveniret ad monasterium puellarum prope Treverim in ripa Moselle fluminis. Quem extunc Adula venerabilis abbatissa cum ingenti devocione collegit in hospicio, sperans spiritualem edificationem audire de tanti patris alloquio. Dum autem idem episcopus ad
 5 mensam accederet, ut cum ancillis Christi communem refectionem acciperet, ecce quidam ingenuus puer xv annorum, nomine Gregorius, secundum claustralem ritum expeiiit ab episcopo benedictionem coram discumbentibus omeliam ordinate legens, finemque sue lectionis cum oratione consueta
 10 claudens. Beatus igitur Bonifacius eandem omeliam incepit exinde repetere et circumsedencium animos ad contemplative vite dulcorem adeo ferventer incendere, ut idem puer Gregorius relictis statim omnibus sequeretur eundem episcopum, qui diebus illis iter arripuit ad convertendum Turingie populum. Eidem igitur episcopo iamdictus puer usque maturam etatem irrevocabiliter
 15 adhesit, ac ipsius fidelis compar in verbo veritatis ubique fuit. Demum, ut predicatur, beatus Bonifacius infidelis Frisie pagos adiens et martirii palmam cum summa devocione desiderans, substituit hunc Gregorium sancte Traiectensi ecclesie succedentem episcopum, quem veraciter agnovit esse virum sanctum, dignum et ydoneum. Quante vero caritatis et benevolencie, sobrietatis et clemencie iamdictus pontifex in episcopatu suo vixit, tractatus de vita
 20 sive conversacione sua cunctis audire cupientibus lucidissime manifestat. Hic idem episcopus destinavit Liafwinum, Marcellinum ac Williboldum ad

Cap. 17b

2 widichindus II widichindis ABC widincidus D234 windicidus D1 De lezing wordt bevestigd door cap-
 21b reg. 1.

5 vindice cet vindicante CD

Cap. 18a

6 refectionem cet affectionem F confectionem A2
 acciperet II reciperet III

7 quidam III ontbr II

15 demum II deinde III

17 hunc II ontbr III

sancte II ontbr III

18 esse II ontbr III

19 sobrietatis et clemencie II ontbr III

21 cunctis audire cupientibus FG13 audire cunctis cupientibus G2 ontbr III

22 liafwinum G liefwinum F lyfwinum III

williboldum D12 willebodum F willibrordum G13ABC ac W. ontbr G2

Caput 18b

- 1-3. *AnnE 763:* 763 . . . Stelle subito vise sunt de celo cecidisse ita omnes exterruerunt, ut putarent finem mundi imminere.
(=*Sig. p. 301*)

Caput 19

2. *Vita Greg. c. 14* Tactus est ea molestia corporali in sinistro latere, quam paralysim medici vocant . . .
3. „Gregorius overleed volgens de Utrechtsche overlevering op VIII Kal. Sept. (25 Augustus) 775”. *Pijn. Hordijk.*
- 2-4. *c. 15 (p. 79)* Et his dictis, iussit se ante oratorium Sancti Salvatoris a discipulis portari et ostium aperiri. Ibiq[ue] oratione facta et communionem sacri corporis et sanguinis Domini suscepta, . . . migravit ad Dominum.

Caput 20a

- 1-2. *Vita Greg. c. 10 (p. 75)* . . . chorepiscopo et adiutore suo Aluberhto, qui de Britannia et gente Anglorum veniebat.
1. *Vita II Liudgeri ed. Diekamp, p. 56* Eo tempore in Eboraca civitate . . . scholam Alcuinus tenebat.
1. *Vita I Liudgeri, cap. 11* Tunc Gregorius et parentes eiusdem Liudgeri quandoque precibus victi direxerunt eum ad praefatum magistrum (sc. Alcuinum) Eboracae civitatis Anglorum.
3. *Cat. ep. Ultrai.* Albricus, qui fuit vir prudens et sapiens, ad episcopatum Trajectensem postea est assumptus.
- 5-7 *Vita I cap. 16* Post haec misit Albricus Liudgerum et cum eo alios servos Dei, ut destruerent fana deorum et varias culturas idolorum in gente Fresonum.

Caput 20b

- 1-4. *Sig. p. 335 reg. 1* 782 Constantinopoli quidam lapideam invenit et in ea virum iacentem cum hac scriptura: Christus nascetur ex virgine Maria, et credo in eum. Sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.

partes Transsylvanas predicare sanctum ewangelium, ubi post plurimorum gentiliū conversionem idem Liafwinus apud Oldenzeel migravit ad Dominum.

Caput 18b

Hiis temporibus, scilicet anno Domini dclxiii^o stelle subito vise sunt quasi de celo cecidisse, ita quod plerique nimirum exterriti putarent mundi terminum imminere.

Caput 19

Beatus quidem Gregorius Christi confessor eximius grandeve senectutis episcopus paralitico morbo diu deditus, clero valedicens et populo delatus est ante sancti Salvatoris ecclesiam, ibique sacra communionē suscepta viii kalendas septembris felicem Creatori reddidit animam. Is confessor inclitus
5 ecclesiastice sepulture traditus illic honorifice requiescit, qui Traiectense pontificium cum diligenti studio longo tempore gubernavit.

Caput 20a

Venerabilis pater Albricus de partibus Eboracensis dyocesis ex Anglia fuit oriundus, qui pro laudabili conversacione sua Traiectensis ecclesie canonicus est electus. Hic Albricus veterascente beato Gregorio tocius episcopatus fidelis dispensator deputatus, condigne clerum rexit et populum, quem et
5 idem Gregorius post se venturum prophetavit episcopum. Is Albricus beatum Lugerum dehinc Monasteriensem antistitem transmisit ad partes Frisie, ut ibidem predicando sectam aboleret ydolatrie.

Caput 20b

His diebus, scilicet anno dclxxxii^o, quidam homo repperit archam lapideam in urbe Constantinopolitana ac in ea virum iacentem cum hac scriptura: Christus nascetur ex Maria virgine et credo in eum. O sol iterum me videbis sub Constantino et Herene imperatoribus.

24 gentiliū II ontbr III
liafwinus G liefwinus F lyfwinus III

Cap. 18b

2 exterriti putarent IIM perterriti putabant II De zin rijmt niet: men kan verbeteren: imminuisse, zie bijv. 24c reg. 12

Cap. 19

1 episcopus II ontbr III
2 delatus G dilatus cet Omdat dit onzin is, nemen we aan, dat de fout tweemaal gemaakt is: in F en in III.

Cap. 20a

1 albricus II aelbricus III Zo ook alle volgende malen, behalve alleen reg. 5 adelbricus A1. Vita Greg. noemt hem Aluberhtus, Catal. ep. Albricus.

Caput 20c

Pijnacker Hordijk neemt aan, dat Beke Albricus (I) en Alfricus (II) verwacht, maar dan zou hier 5 kal. sept. moeten staan.

Caput 21a

1. *Cat. ep. Trai.* Thiaterdus episcopus.
p. 485

1. *p. 487* Theotardus.

Caput 21b

1-3. *Sig. 777 en 784* 777 Widichindus dux Saxonum in Northmanniam fugit.
(p. 334 en 335) 784 Saxones et Fresones rebellant et vincuntur.
predictus=cap. 17b

Caput 21c**Caput 22a**

1. *Cat. ep. Trai.* Erwackrus, later veranderd in: Hermackerdus.
p. 485

Caput 20c

Albricus autem xii kalendas septembris in pace migravit ad Dominum, postquam aliquantis annis Traiectensem rexisset episcopium. Qui ad prefatam ecclesiam consimiliter deductus est et predessori suo decentissime consepultus est.

Caput 21a

Post decessum reverendi patris Albrici Theodardus quintus Traiectensis intronizatus est episcopus, qui Frisonice genti predicator fuit inclitus.

Caput 21b

Hiis temporibus, scilicet anno Domini dclxxxiiii^o, Widichindus dux predictus cum Frisonibus adversus Karolum regem rebellare cepit, quem idem rex occisis plurimis cum victoriali laude potentissime subiugavit.

Caput 21c

Theodardus vero pontifex in pace dehinc abcessit a seculo, postquam aliquibus annis Traiectensi prefuisset episcopo. Qui ad prefatam ecclesiam similiter allatus fuit, ubi cum reverendis patribus antedictis honorifice requiescit.

Caput 22a

Sepulto Theodardo pio pontifice, quidam Harmackarus vi^{us} Traiectensis electus est episcopus, vir devotus, maturus et predicator egregius.

Cap. 20c

- 3 consimiliter II ontbr III
decentissime II ontbr III

Cap. 21a

- 1 decessum IIA3 discessum cet
2 intronizatus est episcopus II episcopus est intronizatus III genti cet ontbr G

Cap. 21b

- 1 784 G dccxxxiiii F 783 III

Cap. 21c

- 1 dehinc II ontbr III
postquam t/m episcopo II ontbr III
2 similiter allatus IIAB superallatus CD
3 antedictis II ontbr III

Cap. 22a

- 1 harmackarus III harimackarus F harimakarus G Hetzelfde 22c reg. 1 en 23a reg. 1. De bron, Catal., heeft Erwackrus en Hermakerdus.

Caput 22b

- 1-2. *Regino p. 562* Anno dominicae incarnationis 799 Romani Leonem papam letania
reg. 47 maiore captum excaecaverunt, ac linguam eius raditus absciderunt.
- 5-7. *reg. 55* (Anno dom. inc. 800) . . . Itaque cum Romam venisset, occurrit ei
pridie Leo papa et senatus Romanorum . . . et in crastinum in gradi-
bus basilicae beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanae urbis
vexillis cum crucibus atque reliquiis, . . . eum humiliter suscepit . . .
in basilicam beati Petri apostoli cunctis psallentibus introduxit.
- 8-11. *reg. 68* Anno dom. inc. 801 cum rex ipso die natalis Domini ante confessio-
nem . . . Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Roma-
norum populo ter acclamatum est: Carolo Augusto a Deo coronato,
magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria.
- 11-14. *Stoke I 242* Van hem beroemen de Vresen . . .
- 247-49 Ende omdat si hem Rome wonnen,
Dat wi ghevinden niet en konnen
in ghenen ystorien bescreven . . .
- 254-58 Noeit en lasen wi noch en kenden,
Dat Karel de stat van Romen belach
Tote an sinen sterfdach,
Noch van den Vriesen en spreect boec niet:
Het waer bescreven, waers oec iet.

Caput 22c

1. *Cat. p. 488:* Erwackrus *De sterfdatum houdt misschien verband met Hermachore
translatio 27 aug. (Grotefend, Zeitrechnung des Mittel-
alters II, 2 (1898), pag. 115).*

Caput 23a

1. *Cat. p. 488:* Ryxfridus

Caput 22b

Hiis diebus, scilicet anno Domini dccc^o, quidam Romanorum civium ceperunt Leonem papam in processione Letanie maioris, accusantes eum minus iuste crimine falsitatis. Pro hac ergo sedanda discordia Karolus cognomento Magnus rex et patricius preruptas Alpes transcendit et Romanam urbem
 5 decenter advenit. Cum autem idem rex civitati iam appropinquaret, senatus populusque Romanus cum sanctorum reliquiis ipsi catervatim occursarunt, quem eciam intra basilicam sancti Petri cum sollempni gaudio deduxerunt. Et ecce Leo papa prefatus ipsa die nativitatis Domini coronam auream capiti regis superimposuit, ac universus populus eidem regi preconium laudis
 10 in hunc modum applausive cecinit: Karolo Augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita, salus et victoria. Erubescant igitur hi qui apocrifia fingunt gesta, dicentes hunc aut quempiam huius nominis Karolum Romanam urbem armipotenter obsedissee et eandem devictis Romanis cum Frisonibus expugnasse.

Caput 22c

Harmackarus autem episcopus consummatis dierum suorum curriculum v kalendas septembris Creatori suo reddidit animam, postquam aliquanto tempore Traiectensem laboriose rexisset ecclesiam. De quo nusquam aliud invenitur in cronicis vel in gestis, nisi quod idem tumultatus esse perhibetur
 5 cum reverendis pontificibus antedictis.

Caput 23a

Post mortem Harmackari presulis Rixfridus vii^{us} Traiectensium cathedratus est episcopus, vir divinus, pius, humilis et excellens clericus.

Cap. 22b

- 2 eum II ipsum III
 10 in hunc modum applausive II applausive in hunc modum III
 11 imperatori romanorum II romanorum imperatori III
 12 apocrifia GAC apocafa F apocripha BD

Cap. 22c

- 4 in gestis II gestis III
 esse perhibetur F perhibetur C est III
 5 pontificibus II patribus III

Cap. 23a

- 1 mortem II obitum III

Caput 23b

- 1-3. *AnnE* Anno dominice incarnationis 815 . . . Stephanus papa venit in
(*excerpta ex Franciam, ubi benedictionem imperialem fecit super Ludewicum et*
Ann. Xant., coniugem eius Ermingardam.
5. *Fontes p. 120)* Anno 819 Ludewicus accepit sibi in coniugium Iudith.
- 5-6. *Liber S. Adalb.* Et fuit Karolus Calvus genitus ex Pio Lothowico et Iudith coniuge
(*Fontes p. 67*): et cognata filia Welpi ducis Bavarie.
- 9-11. *AnnE 877* Iste Karolus Calvus . . . Theoderico comiti largitus est . . . nunc
(*Fontes p. 121*): posterius eius possident anno Domini 863.
- 9-11. *Lib. S. Adalb.* quod anno Domini 863 septimo die kalendas iulii fuit initium
p. 66: comitatus Hollandie, unde cum dictus primus comes Hollandie
supradicto die in comitatum Hollandie Dei gracia exaltatus.

Caput 23c

- 1-2. *Passio Frid.* Tunc pontifex Ricfridus . . . febre paululum tactus, plenus dierum,
c. 6 . . . selectibus remisit spiritum. Quo honorifice sepulto . . .

Caput 24a

2. *Passio Frid.* . . . Fredericus, Fresonicae gentis archyereus, nobilis ex genere . . .
c. 1 In prima etenim aetate sua mater sua . . . Traiectum usque perduxit . . .
- 3-5. *c. 2* Praesul autem spiritu praevidens prophetiae, quod in pontificali
regimine post mortem sibi deberet succedere, quasi filium et heredem
liberalibus simul et ecclesiasticis ad liquidum imbuit doctrinis.
- 5-7. *c. 5* Idcirco dominus Ricfridus, cum talibus eum furgere videret in vir-
tutibus, nimio repletus est gaudio, quod talem mereretur habere
successorem, illumque post eum iubens esse secundum . . . ordinavit
presbiterum.
- 6-7. *c. 5* Postquam vir gloriosus factus est dyaconus, qualiter in Dei servimine
desudaret die et nocte . . . Tantus enim ardor fuerat in eo Spiritus
sancti . . .
- 8-10. *c. 6* Tunc pontifex Ricfridus . . . febre paululum tactus, plenus dierum
. . . selectibus remisit spiritum. Quo honorifice sepulto . . . Interim
rex Lothowicus . . . in una civitatum forte veniens iuxta Hrenum,
Iudith coniugem suam secum adduxerat consecrandam . . . Qui etiam
comperto praesulis obitu, per legatos mandaverat suis senioribus
sanctae Traiectensis ecclesiae, ut beatum Fredericum sibi vellent in
episcopum acclamare.
- 11-12. *c. 7* . . . rex . . . illi baculum tradidit pastorem eumque ordinari episco-
pum in sua praecepit praesentia.
12. *c. 7* At ille, cum se videret nullo modo posse excusare . . .

Caput 23b

- Hiis temporibus, scilicet anno Domini dcccxv^o, Stephanus papa descendens ad Franciam sollempnizavit imperialem benedictionem in civitate Remensi super Ludovicum regem ac Ermgardim suam conthoralem, ex qua iam dictus imperator duos filios genuit, Lotharium videlicet et Ludovicum. Demum
- 5 Ermgarde defuncta prenominatus Cesar duxit in uxorem Iudith, filiam Welpi ducis Bavarie, propriam consanguineam et cognatam. Propter hoc enim illicitum matrimonium beatus Fredericus episcopus perpessus est martirium. Ex eadem vero Iudith idem imperator genuit Karolum Calvum virum egregium, qui consequenter adeptus est regnum et imperium, a quo primus comes
- 10 Hollandie feudali iure principatum accepit, quem sua longa posteritas ad hec tempora gubernavit.

Caput 23c

Rixfridus vero pontifex multum annosus, Deo carus febre quassatus, iiii nonas Octobris decessit ab hac vita, tumultatus cum anterioribus episcopis in ecclesia supradicta.

Caput 24a

- Fredericus huius patrie puer ingenuus in etate tenera per matrem suam nobilem Traiectum adductus est, ac in domo Domini cum hostiis et muneribus divine milicie mancipatus est. Rixfridus autem episcopus eundem puerum velud adoptivum filium, tam in moribus quam in artibus eleganter instruxerat,
- 5 premeditans inspiracione divina, quod in episcopatu sibi succederet. A juvenilibus quidem annis idem puer adeo laudabiliter conversatus est in domo Domini, ut ad omnes sacros ordines digne promoveretur per manus eiusdem episcopi. Demum obeunte Rixfrido pontifice Ludovicus imperator cum illicita conthorali sua descendit ad inferiores Alemanie partes cis Rheni fluvium,
- 10 mandans ecclesie Traiectensi, quatenus dilectus sibi Fredericus eligeretur in episcopum. Cui mox per pastoralementem baculum seu anulum investituram episcopatus dedit, ac eundem licet invitum in presencia sua consecrari iussit.

Cap. 23b

- 1 temporibus *cet* diebus *G*
 dcccxv *II* dccclv *III*
 5 welpi *F* welpi *G* michi *III* *Verg. cap. 24a reg. 33*
 7 beatus *II* *ontbr* *III*
 8 vero *II* enim *III*

Cap. 23c

- 2 decessit *II* discessit *III*

Cap. 24a

- 7 per manus *IIA3D* per manum *A12BC*

- 13-14. c. 8 . . . rex . . . senatum ordinare fecit supra memoratum . . . ministerium. Clerus autem et populus de benedictionibus illius multum laetificatus . . . At ubi fuit peractum quod ad opus pertinebat divinum, imperator clerum et omnes qui aderant . . . ad suum invitavit pastum.
- 15-40. c. 9 Transcurso igitur tempore nocturno et fugato lucifero iam sole surgente secundo, rex . . . placando dictis alloquitur talibus: 'Elegit te, karissime, Dominus sibi in sacerdotem magnum . . . ut praedicationis . . . in studio de te manat salus ferocium . . . Est enim insula Walachran nominata, tibi ut reor satis nota, in qua, proch dolor! . . . quisquis . . . sororem vel ipsam in matrimonio ducit genitricem. . . . Quapropter te per Deum vivum adiuro, ut si quis . . . talibus ut supra diximus se polluerit criminibus . . . corrigas illum . . . et . . . ex comunione omnium in Deum credentium auctoritate tibi tradita separes et condempnes.' . . . Quo dicto, praesul gloriosus ingemuit et e contrario respondit: 'Magno quidem, domine, ligasti me iuramento; . . . Dic mihi, quaeso, domine mi imperator, an rectius sit ad caput vel ad caudam manducando incipere pisces . . .?' Rex autem . . . quid sibi talis vellet interrogatio, secum ammirans, ait: 'Piscis, ut opinor verum est, ad caput manducando incipitur . . .' 'Bene', inquit sanctus Fredericus, 'iudicasti. Propterea . . . te quem quasi post se caput et fundamentum sanctae suae praefecit ecclesiae, ut bonum cunctis existeres ad exemplum . . . ad caudam . . . pro posse . . . pervenero . . . Habes enim in coniugio Iudith, neptem tuam, Welpi Bawariorum ducis videlicet filiam, quam si non dimiseris et pro commissis dignam Deo poenitentiam non egeris, permaximum excidium regni tui tibi praedico esse futurum. . . . Et Paulus apostolus . . . ait: ' . . . Fornicatores et adulteros iudicabit Deus.' . . . imperator erubescerebat . . . suspirans ait: 'Peccavi . . .'
35. *Lib. S. Adalberti (Fontes Egm. p. 67)* Et fuit Karolus Calvus genitus ex Pio Lothowico et Iudith coniuge cognata filia Welpi ducis Bavarie.
- 40-44. *Pass. Fr. c. 10* Hiis tandem finitis sermonibus . . . beatum virum rex vocabat ad prandium et deinde salutatum cum summo honore direxit Traiectum. . . . est inthronizatus. . . . In dandis elemosinis, ut prius fuerat, largus . . . vigiliis et orationibus deditus . . . Quicquid etiam in moenibus templi et domiciliis fratrum atque in muris castri fuit lapsum restaurans, . . .

- Peracta denique benedictione sollempni cesar imperavit festivam celebrari curiam, cunctisque discumbentibus magnam ferculorum ostendit opulenciam.
- 15 Crastina vero dehinc exorta luce, cum solare iubar matutinum illustraret emisperium, imperator placabilibus verbis in hunc modum Fredericum allocutus est episcopum: Elegit te, karissime fili, clerus urbis Traiectensis in pastorem providum, ut tua sacra predicacione debeas ubique prophanum castigare populum. Est autem Walacria tue dyocesis insula multum infamis,
- 20 ubi, proch dolor, concumbere dicitur non saltem frater sorori, verum etiam filius sue proprie genitrici. Quapropter te iuramus per omnipotentem Deum, quatenus tales abhominandos homines synodali correctione punire non formides, aut certe si opus fuerit excommunicare non obmittas. Fredericus autem episcopus hiis auditis ingemuit ac eidem imperatori tale responsum edidit:
- 25 Magno quidem iuramento me perstrinxit vestra maiestas, cesar auguste, propterea dicat oro magnificencia vestra, a qua parte corporis piscis manducandus inchoari debet? Imperator autem ammirando super tali questione, sic respondit: Estimo quod piscis a capite primo comedendus est, in quo pre ceteris membris medulle pluris est. Cui sanctus ait episcopus: Optime
- 30 iudicastis imperator inclite, quamobrem vos, qui princeps estis sive caput populi, primo redarguam, antequam ad caudam Walachriensis vulgi deveniam. Est enim vobis uxor contra decreta canonum seu statuta pontificum Iudith Welpi ducis Bavarie filia, que vestre maiestatis carnalis est consanguinea, de cuius vetito thoro vos ammoneo per condignam penitenciam abstinere, alio-
- 35 quin annuncio vobis inevitabile dampnum vel periculum evenire. Dicit enim apostolus: fornicatores et adulteros iudicabit Deus. Hec et hiis similia dum sacer antistes constanter assereret, et sermonem suum multis sanctorum auctoritatibus explere concluderet, imperator ingemiscens postulavit veniam, promittens illicitam a se repudiare feminam. Et beatus antistes extunc valedicens augusto magnifice cathedratus est in Traiecto; ubi precipuam in oracionibus, ieiuniis et elemosinis curam egit ac annonas templi sive castris ruinas providissime reparavit.

14 opulenciam *IIB* opulenciam *cet*

15 dehinc *II* exhinc *III*

17 clerus urbis traiectionis *III* clerus traiectionis *F* traiectionis clerus *G*

20 saltem *II* solum *III*

21 per *II* propter *III*

23 autem *III* igitur *II*

28 piscis a capite *III* piscis in capite *F* a capite piscis *G*

30 qui princeps estis sive caput populi *III* qui princeps sive caput estis populi *F* qui caput sive princeps populi estis *G* *De lezing van III wordt vrijwel bevestigd door F, maar de zin van G is beter. Het rijm beslist hier niet, want het kan een niet-rijmende voorzin zijn.*

32 seu *II* et *III*

33 welpi *II* ontbr *III*

41 ieiuniis et elemosinis *II* elomosinis et ieiuniis *III*

Caput 24b

- 1-4 *Passio Frid.*
c. 11 . . . navim conscendit episcopus et vento prospero, ut libuit, Wala-
chran applicuit. . . adversus eum arma parabant velut ad praelium
. . . sanctam iussit cunctis synodum annuntiari . . . ut vidit indurata
iniquorum corda . . . orans et deprecans Dominum, ut aperiret
corda illorum et daret eis sensum agendi poenitentiam . . . etiam
poenitentiam suscipere . . .
7. *Ann. Fuld. 837*
(*MG SS I*,
p. 361) Nordmanni tributum exactantes in Walchram insulam venerunt,
ibique Eggihardum eiusdem loci comitem et Hemmingum Halbdani
filium cum aliis multis 15 kal. iul. occiderunt et Dorestadam vasta-
verunt, acceptoque a Frisionibus tributo reversi sunt.
- 8-9 *Ann. Xant.*
(*MG SS II*
p. 220) 837 . . . pagani vastaverunt Walicrum multasque feminas inde ab-
duxerunt captivas, cum infinita diversi generis pecunia.
9. *Passio Fr.*
c. 11 . . . suas in redeundo lustravit parrochias . . .
- 10-14 c. 14 Per idem fere tempus . . . Fresonicus populus de agnitione sanctae et
individuae Trinitatis a Deo multis erravit in locis, ut Sabellii Arriique
sectam secundo putares esse disseminatam et exortam . . . mitigatum
velud agnum ad fidem catholicam reduxerunt continuo. . . Beato
autem Odulpho cum consilio cleri necnon fidelium illius patriae
laycorum, quamvis invito, Stavrensem ad regendum commendavit
ecclesiam, cunctisque bene dispositis, Traiectum reversus est.

Caput 24c

- 1-5 *Passio Fr.*
c. 18 Ipso autem tempore caesar Franciam adiit et profanam, ut festinaret
in occisione viri Dei, iuxta Renum ubi consederat, reliquit reginam.
. . . Tunc illa beato sacerdoti plurimas parans insidias, cum ipsum
nec precando nec innumeras gazas promittendo a proposito flectere
potuisset. . .
- 5-7. c. 17 Tunc cernens gloriosus pontifex Fredericus, quod induratum esset
cor eius, ut vellet eum, nisi conversus fuisset, excommunicare, per
epistolam annunciavit.
- 9-29. c. 18 . . . duo iuvenes superbi ac cupidi surgentes promiserunt, se ad
voluntatem illius haec omnia agere, si mercedem eis in futuro vellet
reddere. Quo promisso, ne quis innotesceret episcopo, iuramine
firmato, sumptis secum cultellis in manicis. . . Traiectum venerunt
ad urbem et familiare de parte reginae narraverunt cum pontifice se
velle habere colloquium. Hoc dum illi ad missarum sollempnia se
praeparanti a suis esset nunciatum, . . . ut exspectent donec missa sit
peracta . . . Deinde . . . post lectionem evangelicam sermonem suum
fecit ad populum . . . obitum suum praedixit per allegoriam . .
Sacro autem rite celebrato Dei servicio, vestitus ut erat, intravit
sacrarium sancti Iohannis evangelistae . . . patrocina sanctorum

Caput 24b

Non multo dehinc elapso tempore sacer episcopus flante subsolano ratem suam Walacrie partibus applicuit, ubi pro correctione contaminate plebis sanctam synodum celebrare statuit. Quidam enim predicacione simul et oracione sancti presulis vere compuncti suscepere penitentiam, quidam
 5 nichilominus obstinati cordis arma comprehendentes minabantur eidem inferre contumeliam. Quapropter abcedente sancto pontifice barbare gentes predictam invaserunt insulam, Eggardum comitem cum multitudine Francorum perimentes, multasque feminas abinde captivas cum spoliis diverse supellectilis absportantes. Sanctus autem episcopus exinde suam dyocesim undecumque perlustrans pervenit ad Frisiam, ubi de sancta Trinitate percepit
 10 arrianam inolere perfidiam, quam et ipse cum magno laboris studio prorsus extinxit. Beato Odulpho sancti Salvatoris concanonico Stavriensem ecclesiam commisit; et extunc omnibus bene peractis Traiectum saluberrime transfretavit.

Caput 24c

Ludovicus autem imperator hec attendens verebatur ulterius illic permanere cum bannita sua femina, que multis vicibus sanctum antistitem corrumpere nitebatur per oblata munera, sed vir Dei blandis suggestionibus nequaquam emolliri potuit, atque illicitum matrimonium contractum omnibus modis
 5 divorciari studuit. Qui et imperatori de paterne pietatis affectu placabilem direxit epistolam, antequam fulminaret in eum excommunicacionis sententiam. Quamobrem et imperatrix instigante dyabolo concepit invidie zelum adversus sanctum episcopum, premeditans qualiter ipsi posset inferre mortis interitum. Que tandem duos male voluntatis vernaculos pro numerosa pecunia
 10 conduxit, quos in mortem sacrosancti pontificis coniurare fecit. Ac illi Traiectum euntes simulaverunt se familiares imperatoris esse, et episcopo civitatis necessariam legacionem detulisse. Beatus autem Fredericus attendens inspiracione divina sibi martirium imminere, iussit eosdem legatos ad finem misse paulisper expectare. Qui post lectum ewangelium in ecclesia sancti Salvatoris
 15 sermonem fecit ad populum, predixitque per allegoriam suum iam instare mar-

Cap. 24b

- 3 simul et oracione *II ontbr III*
 7 eggardum *IIA3C egghardum A12BD*
 12 odulpho *IIA3¹ odulfo IIIA3¹¹*
 concanonico *III canonico II*
 stavriensem *IIA3C scaturiensem A12BD134 staturiensem D2*

Cap. 24c

- 4 atque *II ac III*
 8 posset inferre *II inferre posset III*
 9 pro numerosa pecunia *II ontbr III*
 10 sacrosancti *II sancti III*

lacrimis et suspiriis implorabat omnium, et ad se missos introducere fecit infra sacrarium. Qui cum essent introducti, clerico retro altare sancti Salvatoris praecepit ambulare. . . . Illo exeunte, filios Belial vidit tribulantes et ait ad eos: 'Vestram, sicut vobis est praeceptum, implete legationem, et ne terreamini; priusquam huc venissetis, scivi.' Hoc ut audierant illi . . . extractis duobus longis de manicis cultellis, percusserunt illum in extis et irridentes dixerunt alternando: 'Nostra de te ulta est regina.' . . . dicensque eos iam Renum transisse et quasi fugam maturare . . .

- 30-36. . . . ad se suum vocavit clericum . . . Cui sanctus . . . ait: 'Percussus sum, fili mi. Advoca fratres et commilitones meos, voca et populum Dei, ut reddat me unde egressus sum, terrae terrenum, et oret ut spiritus meus . . . dirigatur ad Dominum . . .' Quod ille ut audivit . . . 'Ve, ve et vach!' clamare coepit. Et haec ut cunctis narravit, quid planctus, fletus et lamentationis ibi oriretur . . . Tunc tandem clero et populo in unum congregato . . . clamantibus gloriosus martyr Dei lacrimatus, prophetando dixit:
- 36-43. 'Fratres et filii mei karissimi, si qua pars mihi est cum sanctis in caelis, non vos desolatos relinquam, sed vestrae semper intercessor ero salutis et incolumitatis. Tamen scitis, quod propter imperatoris et conjugis suae nequitiam . . . ad nichilum de incursione Danorum totum depopulabitur regnum, quod . . . et luet pontificium. Quo vix dicto, suam super populum fecit benedictionem, ac vivens sarcophagum intravit et psalmodias quae solent cantari ad exequias mortuorum, ipse primum incepit et inquit: Placebo Domino in regione vivorum.
- 43-45. *Cat. ep.* Sanctus Fredericus in cripta apud sanctum Salvatorem ante altare interfectus est, et ibidem sepultus est. Hic Fredericus predixit, qualiter tota dyocesis esset devastanda; unde Dani illam civitatem, quod *Ultr. p. 488* Duurstat vocabatur, totaliter devastarant.
44. *In Utrecht wordt als sterfdatum 18 juli genoemd, maar Pijnacker Hordijk, Nederl. Archievenblad XX (1911-'12) blz. 291 twijfelt aan de juistheid, want 23 maart 838 wordt Albricus episcopus reeds genoemd.*

- tirium. Deinde exoleto divino ministerio sacer antistes adhuc ornatus sacerdotalibus sacrarium sancti Iohannis ewangeliste subintravit, ubi pro constancia passionis devotas preces ad Deum fudit, iubens legatos ad presenciam suam accedere, et familiarem suum clericum post altare sancti Salvatoris aliquantis-
- 20 per abcedere. Et ecce presul almifluus ait illis carnificibus: „Vestram nunc adimplete legacionem, quam aperte prescivi priusquam ad hanc devenistis civitatem”. At illi continuo trahentes cultros ex manicis irruerunt in sacrosantum episcopum, dicentes hec verba derisoria dedignerant alterutrum: „Nunc imperatrix a te desideratam habet ulcionem, cui multis vicibus crudelem intulisti persecucionem”. Quibus exinde sanctus respondit episcopus: „Karissimi, postquam domine vestre commissum adimplevistis imperium, nunc abinde cursu celeri maturate diffugium”. Nec mora quin et iidem carnifices concitogradu Renum transfretarunt, ac imperatrici cruenta de nece sancti martiris nova gaudia detulerunt.
- 30 Interea presul almifluus advocato clerico suo dixit: „Fili, trucidatus sum propter veritatem, mansuetudinem et iusticiam, convoca sine mora sanctam Traiectensem ecclesiam, ut corpusculum meum catholicis inhumetur exequiis et spiritus redeat ad Dominum in eternis gaudiis.” Clericus autem hiis auditis concitavit eiulatu magno cunctum populum, qui comprehensis armis curre-
- 35 ruerunt ad moribundum episcopum. Quibus flebiliter circumstantibus electus Dei martir quasi prophetando sic ait: „Fratres et filii karissimi, si qua pars in celis michi sit cum sanctis martiribus, pro vestre salutis incolumitate devotis orabo supplicacionibus, verumptamen propter imperatricis istic com-
- 40 manentis manifestum adulterium, Dani, proch dolor, totum istud evertent episcopium.” Et hiis dictis martir inclitus data benedictione subterraneam cryptam eiusdem ecclesie constanter intrans in sarcofago se locavit, atque psalmodias exequiarum personaliter in hunc modum incepit: Placebo Domino in regione vivorum. Martirizatus est autem hic episcopus anno Domini dcccxxxviii^o xv kalendas augusti, qui miraculis ibidem claret ad laudem et
- 45 gloriam Ihesu Christi.

16 deinde *F de G ontbr III*
 ministerio *II* misterio *A3¹¹* misterio *cet*
 19 abcedere *cet* abscedere *G* accedere *A2D3*
 20 illis *II ontbr III*
 27 abinde *II* exinde *III*
 28 renum *II* rhenum *III*
 30 advocato *II* convocato *III*
 35 circumstantibus *II* circumstantibus *III*

Caput 24d

- 1-3. *Passio Frid.*
c. 20 Pontifices autem per Germaniam et Galliam, innocua sancti Frederici nece comperta, unanimiter surrexerunt in reginam et caesarem . . .
- 3-6. c. 16 Hac re beatus papa comperta Gregorius . . . pervenit ad caesarem . . . cum Iesse Ambianensium episcopo. . . Iesse . . . qui . . . ad emendationem vitae velamen imposuit reginae. (*Beke heeft het verband heel anders gemaakt.*)
7. c. 17 Que facto reginam iam a pontifice Iesse velatam, miserunt ad civitatem Tartunam
- 9-13 *Ann. S.M.* *Annales Sancte Marie vermelden na 754 Sanctus Bonifacius martirizatus est geen bisschop vóór: 828. Temporibus Friderici episcopi. Het aantal jaren van reg. 11 moet dus zijn: 74.*
- Buchelius, Heda p. 46 noot, vermeldt: catalogum episc. Traj. ex libro S. Salvat. ubi sequentia habentur:*
Gregorius qui obiit 8 kal. septemb. anno 1775, sedit annis 20 solus, Albericus 10, Theodardus sex, Harmacarus 13, primus annus Rixfredi incidit in annum Domini 806. *Hier ontbreken niet de bisschoppen, maar wel hun gesta.*

Caput 25a

- 1-3. *Vita Odulfi*
c. 6 Nec mora, convenientibus in unum clericis, ut cum beato viro conspirarent de electione pontificis; diu etenim illis inter se altercantibus, quem promovere vellent ad curam regiminis, tandem praepositum aecclesiae nomine Craft elegere. Ille quidem locuples divitiis . . . tanti honoris culmen ascendere.
- 4-7. *Passio Fr.*
c. 21 . . . sacer pontifex Fredericus . . . et sequebantur eum dominus Alfricus et Liudgerus, qui post illum tenuerunt pontificium et in eodem sepulti sunt sacrario. . . .

Caput 24d

Pontifices ergo tam Germanie quam Gallie percipientes innocentem necem sancti presulis, conspiraverunt omnes contra tyrannidem imperatoris et sue nefande coniugis. Gregorius autem apostolicus hiis auditis descendit ad Franciam, transmittens Ludovicum cesarem Suessionis ad claustralem
 5 penitenciam. Yesse quidem Ambianensis episcopus Iudith imperatrici velamen imposuit, quam ad penitendum sub monastica disciplina Tertunis transtulit. Principes vero Francorum Lotarium primogenitum Ludovici cesaris imperatorem elegerunt, et eundem de communi consensu super thronum maiestatis honorifice collocarunt. Notandum est etenim, quod a passione
 10 sancti Bonifacii presulis usque ad martirium huius sacrosancti pontificis dilapsi sunt anni lxxxvi (!), in quibus apud sanctam Traiectensem ecclesiam sex egregii floruerunt episcopi, quorum gesta cronographorum ignavia pretermisit, et minus distincte postventuris nationibus annotavit.

Caput 25a

Post passionem sancti Frederici martiris aliqualis erat altercacio tam cleri quam populi, quisnam dignus esset possidere cathedram pontificis almiflui. Quidam enim elegerunt prepositum Craft nomine, virum opulentum, ad culmen ecclesiastici regiminis, ceteri vero postulaverunt Alfricum germanum
 5 sancti Frederici martiris. Sed ex arbitrio tocius ecclesie iam dictus prepositus per beatum Odulfum sancti Salvatoris concanonicum destitutus est, et Alfricus in throno fratris sui laudabiliter exaltatus est.

Cap. 24d

- 2 presulis II martiris III
 3 nefande II nephande III
 apostolicus II ontbr III
 4 suessionis II swessionis III
 5 Yesse cet Iesse F
 ambianensis II ambinensis III
 Iudith II ontbr III
 6 t'tunisF t'cunis G13ABCD123 tercunis G2 ontbr D4 De bron heeft Tartunam
 7 vero II ontbr AC autem D zin ontbr B
 lotarium cet lotharium G
 8 eundem II ontbr III
 9 etenim cet ontbr F
 10 pontificis II presulis III
 11 anni 86: het rijm eist: 86 anni.

Cap. 25a

- 1 frederici cet fritherici F friterici M
 3 craft nomine (=bron) F carft nomine G c^ostnoë A12 castnoë A3B castuoë CD134 tastnoë D2
 6 odulfum cet odulphum GB
 concanonicum III canonicum II
 7 exaltatus II collocatus III

Caput 25b

- 1-3. *Sig. 874* 874 In Italia Brixiae tribus diebus ac noctibus sanguis de caelo pluisset narratur. Northmanni etiam a regno Ludowici Germanorum regis tributum exigentes, ab exercitu illius graviter cesi vincuntur.
1. *Vinc. p. 976* Anno sequenti in Italia Brixiae tribus diebus et tribus noctibus sanguis de caelo pluisset narratur.
- 2-5. *Passio Fr. c. 19* Eodem igitur anno propheticus sermo beati praesulis coepit impleri; nam Northmanni . . . in unum quasi harena maris congregati, mare transierunt . . . et vastantes et comburentes . . . Deinde . . . post non multos annos redierunt et urbem armis capientes Traiectensem alicui non pepercerunt . . .
- 2-5. *Vita S. Odulfi c. 5 (p. 357)* 'Scio etenim', inquit, 'vos id facturos; quapropter paganos super vos praenuntio venturos, qui istam devastantes patriam, vos et quae vestra sunt, secum deducunt in captivitatem.' Quod ita fieri, ut prophetavit vir sanctus, postea rei probavit eventus.
- 2-5. *Cat. ep. Ultr. p. 488* Hic Fredericus predixit, qualiter tota dyocesis esset de vastanda; unde Dani illam civitatem, que Duurstat vocabatur, totaliter devastarant.

Caput 25c

18 kal. dec. *is volgens Pijnacker Hordijk de sterfdatum van Albricus I (cap. 20c).*

Caput 26a *Zie bij cap. 25a.*

Caput 26b

- 3-6. *Regino 885 (p. 596 reg. 5)* Post haec in Alamannia in monasterio sancti Galli mittitur, inde postea in patriam revocatur; novissime, temporibus Zwendebolchi regis, in Prumia monasterio manu mea attonsus est . . . ubi non post multos annos moritur et sepelitur.
- 3-6. *Vinc. Bell. p. 974 kol. 2* Lotharius imperator partito inter filios regno abrenunciat saeculo et in Prumia monasterio habitu monachali suscepto, non multo post dormivit in Domino.
- 6-9. *p. 975* Chronographus. De huius tamen anima inter angelos et daemones altercatio fuit facta. Angeli siquidem animam monachi, daemones imperatoris quaerebant. Sed orantibus fratribus fugati sunt daemones, qui corpus distrahebant.

Caput 25b

Hiis diebus in Brixia civitate quadam Ytalie tribus diebus et noctibus sanguis de celo pluit, et eodem tempore secundum prophetiam sancti Frederici martiris inaudita calamitas invalescere cepit. Nam Dani, Suevi sive Nortmanni coaptata classe cum armigerorum inenarrabili multitudine diversas
5 provincias sibi subiugarunt, ac in sancta christianitate stragem cruentissimam commiserunt.

Caput 25c

Alfricus autem pius et virtuosus episcopus xviii kalendas decembris in pace defunctus est, et in ecclesia sancti Salvatoris penes germanum suum honorifice tumulatus est.

Caput 26a

Defuncto quidem Alfrico pontifice, Lugerus Traiectensis electus est episcopus, vir devotus, religiosus et doctor inclitus.

Caput 26b

Hiis temporibus, scilicet anno Domini dccclv^o, Lotarius imperator tyrannidem Danorum expugnare nequens et soli Deo militare desiderans, de consensu principum terre Ludovico primogenito suo dedit imperium ac in Pruniensi cenobio sacre religionis suscepit habitum, ubi sub monastica
5 disciplina sacram professionem fecit, sed ad paucos annos in penitencia supervixit. Pro cuius anima plerumque decertaverunt angeli cum demonibus, ita quod corpus distrahi videbatur a cunctis circumstantibus. Monachi quidem devotas preces extimplo fuderunt, quibus malignos spiritus a cadavere profugarunt.

Cap. 25b

3 martiris *IIM ontbr III*
suevi *IIMC swevi ABD*

Cap. 26a

1 lugerus *cet ludgerus G*

Cap. 26b

1 hiis temporibus *IIIGIM* hiis partibus (*onjuiste lezing voor tpi⁹*) *F* hiis diebus *G23*
tyrannidem *cet M* quod tandem *F* (*bewijst ty, en niet ti, want de copist heeft q3 voor ty gelezen;*
elders schrijft F wel tirannus, wat dus een individuele afwijking is)

Caput 26c

9 kal. martii *is de juiste datum volgens necrologia.*

Caput 27a

1. *Vita s. Odulfi* Ostendit ergo eis quendam presbiterum nomine Hungerum, qui,
c. 6 quamvis esset aspectu deformis, tamen clam hominibus, palam Deo non minus merito quam opere claruit insignis.
- 2-10. *Passio Frid.* nam Northmanni . . . in unum quasi harena maris congregati, mare
c. 19 transierunt et villae nomine Dorested quondam magnae, quae nunc Wijck vocatur, in qua etiam, ut ferunt, in Dei sanctorumque suorum honore quinquaginta quinque fuerant constructae ecclesiae, applicuerunt, et vastantes et comburentes . . . Deinde . . . post non multos annos redierunt et urbem armis capientes Traiectensem, alicui non pepercerunt . . .
- 4-5. *Annales Fuldenses* 837 Nordmanni . . . Dorestadum vastaverunt . . .
(*MG SS I* 361)
- 10-11. *Vita. Adalb.* Sed Northmannice irruptionis impetu ipsa ecclesia sepius diruta . .
c. 7

Caput 27b

3. *Vita Ieronis* (2e lezing): cervicem earnificis gladio prebuit . . . martir preclarus . . .
c. 9
3. c. 10 (1e lezing): in vicum Northico . . .

9 presidium *IIM* predium *III*

10 tantumdem *IIIM* tandem *II* *Furm* heeft tandem, waarschijnlijk verkeerd gelezen uit *t̄ndem*, *Lap* emendeert in totum.

13-15 reciperet t/m monasterium *cet ontbr CD* Om de zin weer goed te maken is achter Odilie ingevoegd *pervenerit D*

15 ergo *IIM* vero *AB*

15 ecclesie *AB* *ep̄i* (bewijst *ecce*) *F ontbr GM*

Cap. 27b

1 omnes hollandienses *G* omnes hollandie *FABC* omnes homines hollandie *D* De oorzaak ligt in de abbreviatie *hōll*, die hier alleen door *G* goed is opgelost. Andere conjecturen zijn omnes hollandie partes *A4*, omnes hollandie incolas *M* (dat hier dus niet een goede tekst heeft) omnes *Hollandos Furm* omnes *Hollandiae populos Lap A3* heeft het caput twee keer en schrijft de eerste keer als *A*, maar de tweede keer *hollandiēn*, zonder omnes.

4 truncantes *IIM* truncatus *II*

5 vorenburgh *CD* norenbourch *F* vorenborch *G* vorenburgh *Al* norenburgh *A23B* voerburch *M*

7 gothelinum *M* gothl'num *FL* gothl'mum *G ontbr III* Wij weten niet, waar *Beke* de naam vandaan heeft, maar achten de vorm van *M* de waarschijnlijkste. *L* geeft hier een afwijkende spelling van een verloren *G*-*hs* weer

Thietboldum *FAI2* Thiedboldum *M* Tiechboldum *B* Tucboldum *C* Tuboldum *D2* Guboldum *D134* Theobaldum *G* Tiechboldum *A3^I* Thiechboldum *A3^{II}*

Geroldum *IIM* Gerolfum *III*

Caput 26c

Lugerus autem episcopus ix kalendas marcii dignam Creatori reddidit animam, postquam aliquo tempore sanctam Traiectensem rexisset ecclesiam. Hic ad pefatam ecclesiam consimiliter allatus est atque duobus antedictis pontificibus consepultus est.

Caput 27a

Post obitum Lugeris presulis Hungerus xi^{us} Traiectensis electus est episcopus, vir regularis prudens, pius et pacificus. Hiis diebus scilicet anno Domini dcccclvi^o Dani cum Nortmannis classem suam Hollandie partibus applicarunt, cladem inauditam cum tyrannide crudelissima commiserunt, destruentes

5 Dorestadum, vicum nominatissimum totius patrie, in quo lv parrochiales fuisse dicuntur ecclesie. Demum iidem Dani vallaverunt urbem Traiectensem per circuitum, infestantes cives sagittis et fundibulis per assaultum creberrimum, donec tandem egregiam civitatem rebellanti manu caperent, nichilominus et castrum presidium arripotenter invaderent. Et ecce cruenti predones universum

10 populum et tantumdem pene clerum pro dolor occiderunt, quynimmo turres, antemuralia, portas et propugnacula civitatis et castrum funditus devastarunt, ita quod Hungerus antistes solus cum paucis canonicis anxie diffugeret, et ad presenciam Lotarii regis in Pruniense monasterio se reciperet. Lotarius ergo motus misericordia bonitatis regie, contulit canonicis Traiectensis

15 ecclesie monasterium Montis Odilie, quatenus ibidem ab incursione Danorum quiete residerent, et divini nominis cultum devotissime celebrarent.

Caput 27b

Hiis itaque gestis Dani cum Nortmannis omnes Hollandienses nimis acriter affligentes devenerunt ad Kinemariam, ubi sancti confessoris Adelberti dilapidaverunt ecclesiam, beatum Ieronem presbiterum in Nortich, ut creditur, capite truncantes et castrum munitissimum Aurindilii quondam regis

5 prope Vorenburgh destruentes. Hollandenses autem incoleprehendiderunt econtra confestim arma bellica, committentes in diversis pagis multa prelia, sed Dani Deo permittente prevalentes Gothelinum, Thietboldum et Geroldum egregios equites cum infinitis Hollandrinis cruenta necaverunt ac mulieres cum parvulis captivas ad exterarum partes et provincias abduxerunt.

Cap. 26c

- 1 lugerus *FA3CD* lutgerus *A12B* ludgerus *G*
marcii *F* maii *cet*
2 aliquo *cet* aliquanto *G*
3 consimiliter allatus *II* similiter allatus *ABC* superallatus *D*
antedictis pontificibus *II* aliis episcopis *III*

Cap. 27a

- 4 cladem *cet* *M* classem *A12BG2* (*in marg. verb. in cladem G2*) stragem *C*
6 fuisse dicuntur ecclesie *IIM* ecclesie fuisse dicuntur *III*
7 infestantes *IIM* devastantes *III*

Caput 28a

- 1-2. *AnnE* 877 Anno 877 Karolus Calvus filius Lodowici Pii filii Karoli Magni . . . Theoderico comiti largitus est . . . nunc posterius eius possident anno Domini 863
- 3-4. *oork.* 922 Karolus . . . rex Francorum . . . Hagano venerabilis comes expetiit . . . dari cuidam fideli nostro nomine Theoderico . . . Actum Pladella villa . . .
- 4-7. *Gravenreg.* p. 68 Theodericus frater Walgeri ecclesiam videlicet Ekmunde . . . a loco qui dicitur Swithardeshaga usque Fortrapa et Kinnem . . . manu propria subter firmavimus et anuli nostri impressione iussimus sigillari . . . omni tempore vita sue frui ipse et omnis eius posteritas.
- 9-10. *oork.* 969 (Fontes, p. 215) Lodewicus Dei gratia rex . . . quod dilecta coniunx nostra Hemma regina . . . deprecata est, ut cuidam nostro fideli scilicet Theoderico comiti forestum Wasda in eodem comitatu . . .
9. *Gravenreg.* p. 67 Et huius Karoli Calvi frater fuit Lothowicus rex Germanie . . .
12. p. 68 Primus Theodericus frater Walgeri erat vir valde gloriosus . . .
- 12-14. *Stoke I* 445
Dus began
 Hollant grave te vanghene an.
 Weet wel, dat ic noyt en las,
 Wie anders dese grave was,
 Als ons de letteren doen verstaen,
 Dan hi gheboren was sonder waen
 In manieren ende bi ghelike
 Van den gheslachte van Vrancrike
 Of lichte Emme de coninghinne,
 Doer wies bede ende doer wies minne
 Hi den grave dit goet gaf.
- 16-17. *Gravenreg.* p. 68 cum legitima coniuge sua Geva. . . . Hic genuit filium Theodericum nomine.
16. *ChrE* p. 19 idem comes cum uxore sua Geva nomine . . .

Caput 28a

Anno Domini dccclxiii^o Karolus agnominatus calvus rex Francorum et consequenter imperator Romanorum filius Ludovici Pii, filii Karoli Magni citra vicum Pladelle residens ac Hollandiam omnino depopulatam esse percipiens, tradidit ad instanciam comitis Haganonis nobili viro Theodrico fratri Walgeri
 5 principis ecclesiam Egmondensem et Kinhem a Zuitgerdes-Haga usque Fortrapacha (!) per paginam specialis privilegii roboratam ymagine regalis anuli, quatenus idem Theodricus et sua posteritas eandem dicionem feudali iure possiderunt (!) ac atroces Danos de finibus Romani regni potentissime profugarent. Ludovicus autem rex et frater iamdicti Karoli contulit eciam
 10 eidem Theodrico comiti precibus Hemme regine forestum Wasda comitatu suo contiguum, pro eo quod vir esset valde famosus et in cunctis gestis militaris exercicii collaudandus. Hic ergo Theodricus primus Hollandie comes arma gerens aurea cum leonina rubicundi coloris ymagine, sicut quidam tradunt, de regali prosapia principum Francigenarum oriundus fuit, qui iurisdictionis
 15 sue terminos contra Danorum incursionem egregie rexit, habens in uxorem matronam nobilem, nomine Ghevam, ex qua genuit filium nomine Theodricum, iuvenem multis probitatibus insignitum.

Cap. 28a

-
- 2 citra vicum *G* circiter vicum *F* tunc vicum *III* *Furm emendeert* tunc apud vicum, hoewel *E* heeft: tunc in vico
 3 depopulatam esse *II* esse depopulatam *III*
 5 zuitg'des haga *IIA3B* zuitg'des hagma *A* zuig'des haga *C* zuiderges haga *D134* suiderges haga *D2*
 6 fortrapacha *G* fortrapascha *F* fortrapagha *A12B* fortraphaga *A3* fortrapaga *CD* *Het woord zal in apograaf I bedorven zijn, misschien onder invloed van het volgende paginam, zodat misschien de lezing van CD oorspronkelijker is.*
 per *III* ontbr *II*
 7 quatenus *II* item *III*
 8 possiderunt *volgens alle hss is fout, want de juiste vorm van het perfectum is possederunt; bovendien eist quatenus een conjunctivus. Het rijm wijst op possiderent.*
 romani regni *cet romani regis A*
 potentissime *III* ontbr *II*
 12 ergo *II* igitur *III*
 14 iurisdictionis *II* iuredictionis *III*

Caput 28b

- 1-3. *Gravenreg.* In quo idem comes . . . ligneam construxit ecclesiam, instituens ibi
p. 68 (cf ChrE sanctimoniam vitam et offerens Deo primitiva dona ad eundem
p. 28 en Stoke locum.
I 470-476)
- 4-8. *Vita Adalb.* Apparuit amabilis Christi confessor Adalbertus in somnis cuidam
c. 13 sanctimoniali . . . trinis feminam prefatam dignatus est certificare
 visionibus . . . Theoderico comiti (c. 14) . . . sarcophagum . . . aperto
 quoque locello pallium, quo sacrum corpus velebatur, ut requiescen-
 tis vivacitas apprehenderetur, ab omni corruptione putredinis immu-
 ne conspiciebatur.
6. *c. 13* denuncians, ut preciosa sui corporis ossa . . . eminentius elevata
 cunctis in conspectu locarentur . . .
- 10-11. *c. 14* Tunc subtus sarcophagum repertus est fons mira limpiditate perspi-
 cuus, qui usque in hodiernum diem ad recuperandam sanitatem
 inclusa spe multis extat idoneus.

Caput 29

- 1-2. *Cat. ep.* Hungerus, qui obiit anno Domini 866.
Ultrai. p. 488 *De sterfdag van Hungerus wordt 22 december gevierd.*

Caput 30a

Caput 28b

Is Theodricus senior ex magno devocionis affectu construxit ligneum in Egmonda cenobium, in qua (!) sanctimoniales ordinis sancti Benedicti primitus instituit, quibus de suis facultatibus vite necessaria copiose tradidit. Ex eodem vero collegio quedam puella divinitus inspirata Theodricum

5 comitem ter ammonuit sarcofagum beati confessoris Adelberti quantocius aperire et sanctas reliquias ad monasterium puellarum honorifice transferre. Et ecce quamprimum clerus sepulchrum eiusdem almiflui patris aperuit, pallium sanctissimi corporis integrum ab omni corruptionis labe apparuit, crux etiam aurea super pectus eius ibidem inventa est, que contra varias

10 egritudines medicina salutis est. Fons insuper limpidi liquoris sub ipsius tumba confestim exsiluit, qui usque presentem diem copiosius emanavit.

Caput 29

Anno Domini dcccxlvi^o xi kalendas ianuarii mensis Hungerus episcopus obdormivit in Domino, postquam cum Alfrico et Lugero annis xxviii Traiectensi prefuisset episcopo. Qui per Danorum austeritatem a propria sede propulsus fuit, quapropter modernis latet quorsum idem pontifex requiescit.

Caput 30a

Defuncto quidem Hungero pontifice, dominus Odibaldus xii^{us} Traiectensis electus est episcopus, vir sanctus, iustus, pius et benevolus.

Cap. 28b

- 1 is II item III
 2 qua cet quo G De fout is blijkbaar ontstaan onder invloed van Egmonda, en in G correct verbeterd.
 11 In A4 zijn door Scriverius verbeteringen aangebracht, die door Lap zijn overgenomen, bijv. toevoegen van in en wijziging in copiose. Buchelius heeft in zijn Aant. de regel van Furm onderstreept.

Cap. 29

- 1 mensis II ontbr III

Cap. 30a

- 1 pontifice cet episcopo CD
 2 iustus pius II pius iustus III

Caput 30b

- 1-2. *Sig. 882* . . . Northmanni adiuncti sibi Danis, Franciam et Lotharingiam per-
(*p. 343 reg. 1*) vagantes . . . terram . . . ferro et igni devastant.
3. *Regino 882* Anno Domini incarnationis 882 Arduennam percurrentes . . .
(*p. 592 reg. 23*)
- 3-9. *884* 884 Karolus imperator a Gallis et Germanis ad auxiliandum regno
evocatus, Northmannos obsidet. Cum quo Godefridus (reg. 5 rex
Northmannorum genoemd) rex facto foedere, ut sibi Fresia provintia
et Gisla filia Lotharii regis uxor daretur, baptizatus est . . .
- 9-12. *Stoke I 244* Want in sinen tiden, segghen si,
Waren si so eighin als ende als,
Dat si strop droeghen om den hals.
- 13-15. *AnnE 886* Anno 886 . . . Godefridus occiditur et maxima multitudo North-
(*ex Regino*) mannorum in Batua reperta trucidatur.
- 13-15. *Regino* 885 . . . confossus Godefridus moritur, omnesque Nordmanni qui in
p. 586 Batua reperti sunt, trucidantur.

Caput 30c

1. *AnnE 900* Anno 900 Odibaldus Treiectensis ecclesie presul obiit et Egilboldus
(op rasuur) in loco eius subrogatur antistes.
1. *ChrE p. 24* heeft de ongeradeerde tekst: 900 obiit sanctus Odilbaldus episcopus
(*ex Regino*) Traiectensis, cui successit Ratbodus.
1. *De sterfdatum is fantasie.*
2. *Cat. p. 488* Odelbaldus in statu dignitatis episcopalis prefuit 23 (later veranderd
in: 34) annis.
- 3-4. *Regino 899* Ea tempestate Odilbaldus sanctus vir, Traiectensis ecclesiae praesul,
(*p. 554* e rebus humanis sublatus, ad coeleste regnum transivit, in cuius loco
kol. 1) subrogatus est Ratbodus venerabilis antistes.

Caput 31

- 1-2. *Cat. p. 488* Eyboldus 2 annis tantum in dignitate episcopali supervixit.

Caput 30b

Hiis temporibus, scilicet anno Domini dcccxxxii^o, Dani cum Nortmannis dissipaverunt totam Galliam, sed et anno sequenti devastaverunt universam Arduiniam. Karolus autem imperator dictus Grossus cum Longobardis et Germanis adversus eosdem grassatores crudele bellum habuit, sed peccatis christianorum obstantibus minime prevalere potuit. Novissime vero Godefridus Nortmannorum rex ad interloquendum de pace perductus est et hac subsequenti condicione christianus effectus est, ut Ghisela Lotarii regis filia sibi traderetur in uxorem, insuper et Frisingensis provincia sibi daretur in dotem. Quod ita factum est, ac idem Godefridus rex exinde Frisones sibi rebellantes rededit in vile servitutis improprium, ita quod omnes circa collum circumastrectum baiularent laqueum, ut unumquemque sine mora suspenderet, qui contra maiestatem suam aliquomodo rebellare presumeret. Sed ecce iamdictus Godefridus rex post quedam annorum curricula cum infinitis Danis in Batua Deo vindicante peremptus est, et sanguis multorum Christifidelium sufficienter inultus(!) est.

Caput 30c

Anno Domini dcccc^o ydus decembris beatus Odilbaldus migravit a seculo, dignam Creatori reddens animam, postquam annis xxxiiii Traiectensem rexisset ecclesiam. Hunc Odilbaldum Regino Pruniensis abbas in cronica sua sanctum virum fuisse dixit, qui Traiecti tumultus cum reverendis patribus honorifice requiescit.

Caput 31

Post decessum beati Odilbaldi pontificis Egilboldus xiiii^{us} in episcopatu successit, qui tamen parvo tempore pontificium gubernavit.

Cap. 30b

3 arduiniam *M* arduiniam *A13* ardeumam *A2* ardumam *BC* (*wijzen op arduiniam in III*) ydumeam *D* arduenniam *II* *De classieke vorm is Arduennam*
 longobardis *F* longabardis *G* langobardis *M* lumbardis *III*
 5 godefridus *IID4* gothefridus *M* (*omdat M in namen niet geheel betrouwbaar is, nemen we dit niet over*) goetfridus *A12BD13* goedfridus *A3C* gotfridus *D2*
 7 subsequenti *GM* subsecente *F* sequenti *III*
 ghisela *FD2* gisela *G* gysela *M* ghysela *III*
 8 frisingensis *GDM* frigenenensis *F* frisiensis *AB* frisensis *C*
 15 *Alleen A3 heeft correct ultus est; de fout is, blijktens M, van apograaf I*

Cap. 30c

4 regino *cet* regnio *D* ontbr *G*

Cap. 31

1 decessum *IIB* discessum *cet*
 beati Odilbaldi *II* Odilbaldi beati *III*
 2 parvo tempore pontificium *II* pontificium parvo tempore *III*

Caput 32

1. *Stoke I 511* Maar deghene de tlatijn bescreef,
In weet waerbi dat achterbleef,
Hine bescreef dat jaer niet mede
Daer hi sinen ende in dede.
1. *Vita Ieronis* Anno nongentesimo, quo pius comes Theodericus secundus Hollan-
2e lezing, c. 10 die rexit patriam pefatam . . .
(Fontes, p. 51
reg. 29)
- 4-6. *Gravenreg.* Primus Theodericus . . . felici fine migravit ad requiem celestis patrie
(Fontes, ac sepultus est cum sua predicta coniuge ante aram sancte Marie.
p. 68) In quo idem comes cum legitima coniuge sua Geva lineam con-
struxit ecclesiam, instituens ibi sanctimonialium vitam et offerens
Deo primitiva dona.

Caput 33a

- 3-5. *ChrE p. 31* Hic Theodericus pie memorie comes ex eadem Hildegarda genuit
duos filios . . . Arnulfum et Ekbertum et unam filiam Erlindam
nomine . . . Quem (i.e. Ekbertum) postea gratia divina Treverensi
ecclesie archiepiscopum pefecit.
- 7-10. *ChrE p. 28* His temporibus fuit Theodericus comes Hollandie secundus, filius
(uit Gra- prenominati Theoderici primi comitis . . . Nam pater eius lineam,
venreg. hic lapideam . . . edificavit basilicam . . . removens ab eodem loco
p. 68) sanctimoniales, que ob asperitatem et molestiam dure gentis Freso-
num monasticam non potuerunt religionem ducere, instituensque
monachorum vitam, que adhuc ibi Deo protegente servatur.
- 11-14. *ChrE* Gravenreg. zegt: offerens et ipse cum legitima uxore etc.; ChrE:
p. 30-31 (uit Huius Theoderici legitima coniunx Hildegarda nomine . . . obtulit
Gravenreg. Sancto Adalberto inter alia dona tabulam auro gemmisque precio-
p. 68) sissimis mirifice decoratam, textumque etiam ewangeliorum auro
lapidibusque preciosis exornatum.
- 14-15. *Gravenreg.* . . . Theodericus . . .
p. 68 auro cum gemmis aram struxit speciosis,
historiam, textum gemmis auroque retextum.
- 13-17. *Stoke I 606* Soe (i.e. Hildegaert) gaf hem ene taefle diere
Bede van selvere ende van goude
Ende van stenen menichfoude.
Daer in vant men sonder waen . . .
612 Den ostelaen, de niet es quaet
620 Hem, de onghesien wille gaen,
Wasser oec mede inghedaen.
- 18-20. *AnnEgm 128* Iste Theodericus reliquias sancti Ieronis martyris . . . de Northga . . .
transtulit . . .

Caput 32

Circiter hec tempora ii nonas octobris requievit in Christo Theodricus primus comes Hollandie ac dominus magne partis ulterioris Frisie, qui princeps imperterritus fuit ac limites suos contra Danorum insultus potestative rexit.

- 5 Geva vero comitissa iii ydus ianuarii decessit a seculo, tumulata penes maritum in Egmondensi cenobio, quod et ipsi de ligni materia primitus extruxerunt, in qua(!) religionem sanctimonialium Deo devote famulancium collocarunt.

Caput 33a

- Cum Theodricus primus comes defunctus esset, Theodricus filius eius unigenitus secundus Hollandie comes hereditarie sublimatus fuit, ducens in uxorem Hildegardim (ut creditur) filiam Ludovici regis Francie, de qua genuit Arnulfum comitem, Egbertum Treverensem archiepiscopum, ac Arlindim
5 puellam venustatis eximie. Is Theodricus post obitum patris cum Frisonibus discordare cepit, quos tamen triumphali gladio dicioni sue subegit, quapropter idem comes edificavit lapideum in Egmonda monasterium, et amotis monialibus plantavit ibidem de religione sancti Benedicti monachorum collegium, qui continuo Deo devotum obsequium impenderent, et cum opus
10 esset duris Frisonum insultibus obsisterent. Hic ergo comes Egmondensem ecclesiam largis dotando possessionibus, obtulit historiam tripartitam et textum quator ewangelistarum auro fulvo preciosisque lapidibus circumtectum. Nichilominus Hildegardis comitissa consimiliter obtulit eidem ecclesie de liberali munificencia superaltare totum aureum cum multimodis gemmis
15 incomparabilis pretii valde fulgidum, de cuius cacumine lapis, ut fertur, hostularius(!) furtive sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radiis emicantibus illustravit.

- Hoc eciam tempore sanctus Yeron per dyocesanum episcopum et comitem Theodricum cum miraculis in Egmondam translatus est, qui pridem a Danis
20 in Nortich, ut predicatur, martyrii palmam consecutus est.

Cap. 32

- 3 potestative *cet* potestate *G* pietate *A2* potestateque *B*
4 geva *F* gheva *A* gena *cet*
6 qua *cet* quo (voor de hand liggende verbetering) *GA3D*

Cap. 33a

- 1 primus comes *cet* primus comes Hollandie *F* comes primus *G*
3 hildeg'dim *II* hildegondim *A3CD2* hyldegondim *A12* hildegundim *BD134*
4 arnulfum *FA* arnulphum *GBCD*
5 puellam *is* het laatste woord van *F*^o 134; daarna *is* een folium verloren gegaan.
7 amotis *GA3* ammotis *cet* NedBeke: nam die nonen darevandaen
13 hildeg'dis *G* hildegundis *A3BCD* hyldegundis *A12*
16 hostularius *cet* ostilarius *A3* hostilarius *D* Stoke I 620-21 spreekt van ostelaen; Leo Monachus van ostulanus, wat wel (met *h-*) door Beke zal zijn gespeld.

- 18-20. *c. 11* (*Fontes 53 reg. 33*) Ego sum Ieron presbiter . . . martirizatus . . .
19. *Vita Ieronis lect. 2a c. 10* (*Fontes 53 reg. 29*) transfer corpus meum ad Egmondam . . .
- 18-19. *lect. 1a c. 11* (*Fontes 55 reg. 14*) . . . legatos episcopo dirigunt ad cuius dyocesim locus iste pertinet, et Theoderico . . .

20. *Verwijzing naar Chronographia 27b*

Caput 33b

2. *In werkelijkheid sterfdatum van Odilbaldus, van wie Egilboldus een dubbelganger is.*

Caput 34

- 1-2. *Vita Radbodi ed. Anal Boll. VI (1887), 5-15, c. 4* Egilberto praesule carnis debitum solvente . . .
 . . . rex Arnulphus. . . Sicque factum est ut regis . . . consilio
 concordi . . . reluctans episcopali dignus ascribitur electioni . . .
 honoris ad gradum . . . invitus rapitur.
- 2-3. *c. 1* Sancti patris Radbodi Traiectensis ecclesiae episcopi . . .
- 3-6. *c. 2* . . . vir sanctus . . .
 Dux quoque Fresonum Radbodo suae matris atavus exstitit . . .
 . . . apud Guntherum Agrippinensis ecclesiae praesulem, qui eius
 avunculus exstitit . . .
 Nec tamen nominis praesagium latet a mystico: cum iuxta idioma
 Radbodus consilio nuntius ore sonat latino . . . Nam talis nuntius
 consilium suis attulit omnibus.
- 6-7. Karoli regis Francorum . . . adiit palatium . . .
 . . . insigne septiformis philosophiae viguit exercitium. Huius gymnasii
 curam Monuo (varr. Manno, Monno) philosophus fraeno sapientiae
 regebat.
- 8-9. *c. 7* Cum enim plures patrum ad imitandum sibi praeponeret . . . scilicet
 sanctum Willibrordum et Bonifacium . . .
- 9-10. *c. 8* Praecedentium igitur patrum sitibunde inhaerebat exemplis . . . et
 ipsis laudum flores . . . contexere.
 . . . habens in his ad integrum a se compositis . . . officii sanctissimi
 confessoris Christi Martini . . . in solemnitate translationis cele-
 brandis.
11. *c. 4* Mox suscepta benedictione . . . mutat habitum.
11. *c. 3* . . . spiritualibus vacans epulis . . .
12. *c. 4* . . . abstinentiae culmen . . .

Caput 33b

Egilboldus autem episcopus Traiectensem ecclesiam saltem ad x menses regens, vii kalendas octobris in Domino feliciter obdormivit, qui in eadem ecclesia tumulatus similiter requiescit.

Caput 34

Defuncto quidem Egilboldo pontifice, dominus Radbodus urgente rege Francorum Arnulfo xiiii^{us} Traiectensis consecratus est episcopus, vir veraciter sanctus, doctus, pius et multum ingenuus. Fuit enim Radbodus rex Frisie predictus ipsius matris attavus, et Guntarius archiepiscopus Coloniensis eius
 5 avunculus. Interpretatur enim hoc nomen Radbodus in ydiomate Germano idem quod concilii nuntius in latino. Fuit etenim hic episcopus magni concilii angelus, in palacio Karoli regis advocatus et per Nannonem philosophum in vii artibus excellenter imbutus, qui flores eximios tam de Willebrordo quam de Bonifacio composuit, ac integrum officium de translacione beati
 10 Martini consimiliter edidit. Hic antistes cum Traiectensi pontificio sacre religionis suscepit habitum, vacans indesinenter oracionibus, elemosinis et abstinentiis ad vite sue terminum. Nam cum sui convivales vina potarent infra mensam, ipse solus limpida occulte bibit aquam. Quod Gummarus quidam attendens supplicavit eidem episcopo, quatenus gustare sibi liceret de suo
 15 poculo. Sed beato viro non consentiente iamdictus Gummarus episcopalem ciphum clam accepit et magnum haustum ex eo sumpsit. Et ecce stupendum miraculum, nam et eadem aqua repente mutata est in vinum optimum. Qua de causa temptator attonitus imploravit extimplo veniam, et beatus episcopus ex hoc prodigio non sibi sed Deo dedit gloriam. Is presul egregius
 20 Daventrie sedere consuevit, quoniam civitas Traiectensis per Danorum austeritatem omnino desolata fuit. Accidit autem ut idem episcopus una dierum Traiectum adiret, et ibidem loca sanctorum cum devocione visitaret; Dani vero potenter occursantes obstiterunt in contrarium, prohibentes ulteriorem sibi transitum. Quos sacer episcopus paternaliter ammonuit fidem
 25 catholicam devote suscipere, et crudeli strage christianorum pie desistere. At illi tortores eo magis commoti sunt, ac acerbam necem sancto viro comminati sunt. Presul autem almifluus hos perdicionis filios extunc excommuni-

Cap. 34

- 5 enim III autem G
 10 antistes III episcopus G
 cum Traiectensi pontificio G (*correct, want cum = gelijk met*) cum Traiecten̄ pontificii III
 11 vacans *et* vacabit D134 (om de vorige fout goed te maken) vacabat D2
 13 F *begint weer met* quidam attendens.
 14 gustare sibi II sibi gustare III
 18 attonitus II ontbr III
 21 idem II ontbr III

- 11-12. *c. 10* Ieiuniis, psalmodiarum, vigiliarum exercitiis, eleemosynarum et misericordiae, ut solebat, exhibitionibus infatigatus . . .
- 12-13. *c. 4* hilari tamen vultu universis laetitiam proferens seque simulans inter suos ciborum uti deliciis . . . abstinentiae culmen prout humanae sagacitati potens erat, occuluit omnibus.
- 13-19. *c. 5* Quod cum quidam laicorum nomine Gummar, inter suos familiariter habitus frequenter adire solitus . . . quodam die ut familiaris sancto assedit ad mensam . . . tandem supplicat episcopo, quod sibi liceret vasis apposti potum haurire. Solebat enim ei quoddam vas . . . aqua plenum unde biberet apponi. Sed praesule non consentiente, . . . ille vas furtim arripuit. Sanctus enim ne gustaret prohibere non valens . . . Mox quidem unda . . . miraculo . . . in saporem vertitur vini optimi. Quo tentator . . . sancti pedibus veniam postulat . . . Itaque praesul . . . opus Dei non celari decuit . . . opera vero Dei praeclarum est enarrare.
- 19-21. *c. 7* Episcopali vero sede Danorum persecutione Traiecto desolata, Daventriae sedem ipsius elegit, Traiectensis non immemor sedis. Quam cum saepe, temporis opportunitate data pace, viseret . . .
- 21-29. *c. 9* Quodam autem tempore . . . Danorum impeditur cursu. Qui mox non mortis periculo territus eis monita salutis intulit, quod errore postposito viam veritatis arriperent et ne a Christi famulato eorum arceretur obstaculo . . . Illis autem indurati cordis malitia insistentibus eique poenam mortis minitantibus . . . anathematis ultionem non distulit . . . Nam subito quasi fulminis ictu execrabili peste percussi pariter omnes ferme mortui sunt.
- 31-38. *c. 10* Solitus enim erat in multis futura praedicare suis, ut sermo subsequens declarat. Praesul enim Baldricus, tunc temporis egregiae indolis adolescens . . . quodam die accersitis ad se duobus ex suis astantibus . . . spiritu prophetico dixit ad eos: „Hic quem cernite adolescens, mihi credite, post me erit episcopus. Per illum enim Deus locum sedis reparabit.” „Non longum, inquit, mihi instat vivendi. Diligentiam honoris huic adhibete iuveni. Nam hinc post triennium et anni dimidium me non dubitatis ex hac carne migraturum et hunc nostrae sedis regimen proculdubio suscepturum.” Iterum non longo post praefatus iuvenis ordinationum tempore duos secum sui iuris ducens clericos . . . rogat episcopum ut sacri ordines ab eius manibus susciperent benedictionem. Cui vir sanctus . . . „Noli, inquit, fili, noli me, quod praevalens, ad id opus invitare. Tuum est, inquam, . . . tuis, non meis, ne opstupescas, ordinandi sunt manibus . . .” „Tu sedis aulam, Traiecto iam multis annorum circulis et adhuc Danorum impulsae desolatam pristini honoris mutabis in faciem.”
39. *c. 12* Igitur ex praefati vaticinii tempore transactis triennii annique dimidii diebus, infra pagum Drente . . . vi februum tangitur.
- 39-48. *c. 11* Contigit eum quibusdam diebus gravo corporis infirmitate detineri . . . Quadam die sancta Dei genitrix semperque virgo virginum Maria,

- cando maledixit, quos fulmineus ignis mox e celo descendens miserabili morte vivos absumpsit. Christiani quidem hoc viso miraculo constanter in arma
- 30 ruerunt et residuam Danorum catervam a Traiecto cum victoria profugarunt. Iste sanctus episcopus prophetico sermone claruit, quoniam multa futura secretariis suis edidit. Venerabilis enim Baldricus iuvenis bone indolis quodam tempore duos clericos sue patrie duxit ad presenciam eiusdem episcopi, postulans ut ab ipso promoverentur ad ordinem sacerdocii, Beatus vero
- 35 pontifex ore iocundo subridens ait: „Fili precordialis, anno mediante tercio me defuncto presentis ecclesie pastor eris, hos clericos propriis manibus ad sacerdotii gradum promovebis, et tam aulam quam urbem Traiectensem ad statum pristinum reparabis”.
- Demum idem Radbodus episcopus apud Trentam valida pulsatus egritudine
- 40 lecto decubuit, cui mater misericordie virgo Maria cum splendore radiosi luminis apparuit, Agnem et Teclam concomitivas virgines habens, et in hunc modum venerando pontifici loquens: „Perdilecte fili, ne formides me videre presentem, quam in magna devocione salutasti frequenter absentem; securus esto, quoniam hanc infirmitatem evades, verumptamen in presenti vita non diu
- 45 manebis”. Et ecce splendor immense claritatis evanuit et fragrantia redolentis odoris invaluit. Beatus ergo pontifex ab eadem convelescens egritudine quibusdam familiaribus suis secretificaverat, cuiusmodi pulchritudinis vel

(Vervolg blz. 64)

duabus de suis, Agne et Thecla, pedissequis comitata, mirandae lucis praeclara splendore astitit ei, totum impens habitaculum luminis claritate. . . . Cui porta salutis, domina mundi . . . inquit: „Ne timeas, Radbode, quod eius aspectum inspicias cui frequenter supplicas. Nil modo periculi est: praesentem evadis languorem. Nec tamen diu post haec victurus es in carne. Tu securus esto in vigilando, ut coepisti.” (*Tekst verbeterd volgens Ned. Arch. Kerkgesch. XXXVIII, p. 11-12*). Confestim ad haec verba splendor luminis non comparuit, remanente tamen diu miri odoris fragrantia, et languor omnis . . . confestim abscessit. Haec etenim cum clam suis assereret, nolens dum viveret palam fieri, cuius formae, cuius et habitus, cuius et ornamenti sancta virgo virginum sibi videbatur apparere non reticuit.

Cap. 34

28 e celo *IIAB* de celo *CD*

33 duxit *II* deduxit *III*

39 lecto *G* loco *F* *ontbr III*

41 concomitivas (*zonder abbrev.*) *G* concomitiās *F* concomitās *A1* concomitans (*met n*) *A2* concomitā^s
(*wat gelezen kan worden als -tantes*) *BD3* concomitantes *A3D124*

43 frequenter *II* septe *III*

46 ergo *II* igitur *III*

- 49-51. *c. 12* Nam ex eodem pago (sc. Drenta) . . . non facilis est exitus . . . versus Otmarschem pergere tendunt . . . non languoris impulsu fatigatus . . . non cessaret semper inter psalmos erciprocando „Ecce laeti laude” iocunde modulari: sic enim incipit antiphonarum prima de sancti Martini responsoriis a se compositis.
Tandem novembre finem sui claudente, diem clausit extremum migrans feliciter ad Dominum.

vigilia Andree apostoli (= 29 nov.) *wordt vermeld door Pijn. Hordijk.*

- 52-53. *c. 12* clerus et populus . . . omnique veneratione . . . exequias ducendo Daventrae.

Caput 35a

- 1-8. *Liudprandi Antapodosis (MG SS III p. 320)* Tercium (sc. filium) deinde Bruno nomine, quem pater sanctus quoniam Nordmanni Traiectensem destruxerant omnino ecclesiam, ob eius recuperationem eidem voluit militare.
- 4-9. *oork. 940 (Muller, Cart., mortem reverendi patris domini Radbodi pii Traiectensis episcopi, creatus fuissem in episcopum Traiectensem . . . Sanctum Traiectensem locum . . . destructum a Danis . . . repperissem et omnino desolatum . . .)* Ego Baldricus, sancte Traiectensis ecclesie presul indignus, cum post (Muller, Cart., mortem reverendi patris domini Radbodi pii Traiectensis episcopi, creatus fuissem in episcopum Traiectensem . . . Sanctum Traiectensem locum . . . destructum a Danis . . . repperissem et omnino desolatum . . .)
- 8-9. *Vita Radb. c. 10* Solitus enim erat in multis futura sic praedicere suis . . . Praesul enim Baldricus . . .
10. *Muller Cart. p. 47 noot* Nomine Ricfridus . . . comes . . . Presul Baldricus unde fuit genitus.

Caput 35b

- 1-5. *Passio Frid. c. 19* Unde factum est, ut post obitum domini Alfrici, germani sanctissimi martiris Frederici, et Liudgeri episcoporum, fugatis de rure populis, pagus et urbs staret destructa, desolata et deserta, donec pium Baldricum illis locis pontificem divina praefecit clementia, sub cuius temporibus, quamvis antiquis non similia, tamen bona surrexerunt moenia.
- 1-2. *Sig. p. 347 reg. 53* 935 . . . in Genuensi urbe fons sanguinis largissime effluxit, portendens forte urbis ipsius imminem ruinam . . . Rex Henricus Danos, qui per piraticam Fresones incursabant, vincit.
Vinc. heeft de laatste zin niet
- 3-5. *oork. 940 (Muller, Cart. 223)* urbemque cum portis et murum cum propugnaculis . . . construxi et erexi . . . ecclesias . . . dirutas et exustas . . . reparavi . . .

effigie regina celi virgo Maria fuerat, qui dehinc anno Domini dcccxvii^o
 Trentam exiens ac in Homershem sine languore lecto decumbens hanc anti-
 50 phonam: „Ecce leti laude digna” legit, in qua iii kalendas decembris feliciter a
 seculo transmigravit. Hic sacer antistes in gravi Danorum persecucione
 xvii annis Traiectensem graciose rexit ecclesiam, qui per clerum et populum
 honorifice tumultatus requiescit apud Davantriam, ubi tanti confessoris inter-
 cessione Deus indigentibus beneficia largitur et frequenter multa miracula
 55 cum virtutibus operatur.

Caput 35a

Sicuti Longobardorum narrat historia, Henricus Romanorum rex post
 obitum Radbodi confessoris decrevit ex magna devocione Brunonem filium
 suum clericali caractere redimere ac eundem super cathedram prefati con-
 fessoris collocare. Sed quoniam idem rex audivit atroces Danos civitatem
 5 Traiectensem expugnasse, nichilominus et totum episcopatum omnino de-
 populatum esse, ideoque gloriosus rex promovit eundem filium suum ad
 militarem dignitatem, ut Danorum austeritati potenter obsisteret, ac id ipsum
 episcopium armis bellicis victoriose reficeret. Igitur secundum beati Radbodi
 vaticinium Baldricus xv^{us} Traiectensis electus est episcopus, filius, ut quidam
 10 tradunt, Rixfridi comitis Clivensis, qui princeps erat egregius.

Caput 35b

Hiis temporibus in civitate Ianuensi fons sanguinis exsiluit, et eisdem diebus
 vulgus Danorum ubique succubuit, quapropter Baldricus episcopus effugatis
 Danis civitatem suam turritis menibus cinxit, excelsis propugnaculis munivit,
 incensas ecclesias refecit ac aulam cum ceteris edificiis obrutis honestissime
 5 reparavit.

49 hom'shem A12D1 Dit is kennelijk de lezing van Beke; bron Othmarschem. homshem A3D34
 hom'schem F homshem of honishem (de ev. punt op de i is bijna onzichtbaar) C hemshem D2 oetmerzem G
 hoetmorzem B

50 digna II ontbr III

51 antistes II episcopus III

Cap. 35b

3 cinxit IIM struxit AC strinxit BD

- 8-9. *AnnSMarie* Adventus reliquiarum sancte Agnetis et sancti Benigni martyrum.
 963
 966 Adventus reliquiarum sancti Pontiani martyris.
- 2-9. *Cat. ep. Trai.* Presul Baldricus Traiectum magnificavit
 p. 490 Funditus a Danis eversum, quod reparavit.

 Per quem venerunt huc Poncius, Agna, Benignus.

Caput 35c

De sterfdatum van bisschop Balderik is 27 dec., 6 kal. ian.

Caput 36

- 3-5. *ChrEp. 36* 988 Obiit Theodericus secundus comes. Sepultus cum uxore sua in monasterio Ekmundensi.
8. *Gravenreg.* Iste Theodericus requiescit tumulatus cum predicta coninge sua in
 p. 69 apostolorum capella . . .
3. *AnnE p. 127* Annus 988. Obiit Theodericus II comes. Arnulfus filius eius successit.

Hic episcopus anno Domini dcccclxvi^o transcendens Alpes devenit in Ytaliā, ubi pro quibusdam utilitatibus ecclesie regis Ottonis exquisivit presenciam. Demum idem antistes valedicens regi corpora sanctorum martirum Ponciani, Benigni et Agnetis secum transtulit ac eadem in ecclesia Traiectensi cum ingenti devocione reposuit. Insuper et idem episcopus corpora sanctorum Werenfridi, Lebuini, Plechelmi, Wironis, Otgeri, Odulphi ac Radbodi per mysticam revelacionem adinvenit, de quibus sanctis patronis Traiectensem ecclesiam gloriosius adornavit.

Caput 35c

Anno Domini dcccclxxvii^o Baldricus felicitatis recordacionis episcopus vi ydus(!) ianuarii grandevus migravit ad Dominum, postquam annis lix in magna laude Traiectensem reparasset episcopium, qui ad maiorem ecclesiam nimirum honorifice devectus est, ubi sumptuosis exequiis cum preteritis sanctis patribus inhumatus est.

Caput 36

Defuncto domino Baldrico Folcmarus xvi^{us} ordinatus est episcopus, vir bone voluntatis et bonus catholicus. Hiis diebus, scilicet anno Domini dcccclxxxviii^o ii nonas maii requievit in Domino Theodricus secundus comes Hollandie, sepultus apud patrem infra monasterium Egmondensis ecclesie. Hic Theodricus cum patre suo comitatum annis c et xxv gloriose rexit et crudeles Danos de finibus suis potenter abegit. Hildegardis autem sua conthoralis iii ydus aprilis obdormivit in Christo, sepulta penes antedictum monasterium cum marito.

9 eadem in ecclesia *IIIM* in eadem ecclesia *II*

11 plechelmi *IIMC* pleghelmi *ABD*
odulphi *BCDM* odulfi *A ontbr II*

Cap. 35c

1 ydus *fout voor kal.*, zie *Fontes blz. 106 noot I.*

3 episcopium *II* ecclesiam *III*

Cap. 36

5 infra monasterium egmondensē ecclesie *II* infra monasterium egmondensē *AB* in monasterium egmondensi *C* in monasterio egmondensi *D*

7 hildegardis *II* hildegundis *III*

Caput 37

- 1-3. *ChrE p. 36* Arnulfus filius eius successit, qui . . . habuit uxorem sibi condignam Lutgardam, sororem Theophane imperatricis matris Ottonis imperatoris . . .
- 1-3. *ChrE p. 33* Arnulfus filius Theoderici secundi comitis Hollandie Lutgardam sororem Theophane imperatricis matris Ottonis imperatoris tertii coram Ottone rege, qui eandem Theophanam, Theophanii regis Grecie filiam uxorem habebat, legaliter despondavit. . . .
- 1-3. *Gravenreg. p. 69* Arnulfus comes . . . secundum suam nobilitatem accepit condignam sibi uxorem Liutgardam, sororem Theophane imperatricis matris Ottonis imperatoris . . .
- 3-5. *ChrE p. 38* Is Arnulfus ex Lutgarda genuit duos filios, Theodericum et Sifridum, (uit: *Gravenreg. p. 70*) qui Sicco cognominatus est.
5. *Stoke I 911* Vijf jaer hadde hi in hand
Else grave dese Hollant.
- Cat. ep. Ultrai p. 491* Volcmarus 14 annis in dignitate episcopali supervixit. Obiit autem anno Domini 989 2 nonas maii (dit is een latere toevoeging, kennelijk verwarring met sterfdatum van Dirk II) et est sepultus in ecclesia Traiectensi in parte boriali . . .
7. *Volgens necrologium stierf* Folcmarus 4 idus decembris.

Caput 38a

- 1-2. *AnnSMarie 990* Folcmarus episcopus obiit. Balduinus episcopus successit.

Caput 38b

1. *AnnE p. 128* Anno 991 Arnulfus comes interficitur.
1. *ChrE p. 38* Eodem anno (sc. 993) factum est bellum lamentabile inter Arnulfum egregium comitem et bestiales Fresones, in quo ipse cum multis suorum occubuit. . . .
1. *Gravenreg. p. 70* Quodam tempore accidit bellum memorabile et lamentabile inter eundem Arnulfum et bestiales Fresones, in quo ipse cum multis suorum occubuit.
2. *Stoke I 901* Op Winkelmeet dat si doe quamen,
Die grave entie Vriesen te samen,
Sodat hi op hem quam met gere
Ende bleef verslaghen in de were.

Caput 37

Post obitum Theodrici comitis Arnulfus tercius comes Hollandie effectus duxit in uxorem Lutgardim, filiam Theophani magnipotentis imperatois Grecorum et sororem Theophane imperatricis Romanorum, ex qua genuit Theodricum succedentem comitem, insuper et Sifridum sive Sicconem presi-
5 dem. Qui comitatui quinque saltem annis prefuit et cum Frisingensi vulgo iuge bellum habuit.

Hiis temporibus, scilicet anno Domini dccccxc^o, iii(!) ydus decembris Folcmarus episcopus defunctus est, ac in ecclesia Traiectensi consimiliter tumulatus est.

Caput 38a

Defuncto Folcmaro presule, Balduinus xvii^{us} substitutus est episcopus, vir graciosus, probus et inclitus.

Caput 38b

Hiis diebus, scilicet anno Domini dccccxciii^o, xiiii kalendas octobris campestre bellum indictum est in planicie pratorum de Winckel apud pagum Westfrisie, ubi decenter advenerunt electi pugiles de principatu tocius Hollandie, qui secundum relacionem antiquorum ardore sitis intollerabilis illic multum afflicti fuerant, quoniam modicam aquam et eandem saliticam ad potandum invenerant. Arnulfus vero pius comes oracione premissa locum sibi divinitus inspiratum indicavit, ubi fosso puteo recentis aque copia magna fuit. Interea Frisones ad arma convolantes advenerunt ad prelium, ut in virtute magna disturbarent Hollandiensem exercitum. Econtra quidem Arnulfus comes cum
10 tubis perstreptibus, vexillis choruscantibus et armatis preliatoribus arripotenter occurrit et cum eisdem Frisonibus acre bellum egit. Demum post

Cap. 37

- 1 arnulfus *FA* arnulphus *GBCD*
2 lutgardim *FC* lutghardim *A12* ludhgardim *A3* litgaerdam *B* lutgairdim *D* luytg'dim *G12* luytgaerdim
G3
theophani *IIB* theofani *cet*
3 theophane *IIB* theofane *cet*
5 frisingen *IID* frigen *B* frisien *AC*
8 consimiliter *II* ontbr *III*

Cap. 38a

cap. ontbr C

Cap. 38b

- 2 winckel *F* wikel *G* mûkel *A12CD* winkel *A3B* *Het laatste is kennelijk latere verbetering van mûkel, dat in III moet hebben gestaan. De u zal wel uit ic zijn verschreven.*
5 fuerant *III* ontbr *F* sunt *G*
8 convolantes *III* comvalantes *F* convalentes *G*
in II ontbr III

14. *ChrE p. 39* . . . sepultusque est cum dilecta coniuge sua in ecclesia Ekmundensi.
 (*ontleend aan*
Gravenreg.
p. 70) . . . sepultusque est cum dilecta coniuge in claustro prefati loci.
24. *ChrE p. 39* cum dilecta coniuge . . .
- 14-24. *Stoke I 908* Begraven wort hi tEgmonde
 Ende daer na sijn wijf Lutgaert

Caput 39a

- 1-4. *ChrE p. 39* Cui successit Theodericus tertius huius nominis comes vero quartus
 . . . qui accepta uxore Othilhildis nomine, genuit ex ea duos filios
 Theodericum et Florentium.

Caput 39b

- 1-5. *Vinc. Bell.* Sigebertus in chronicis (d.i. Auctarium Ursicampinum, MG VI,
p. 1007 p. 479, reg. 50 sqq.)
 Hoc tempore in Apulia erat tunc quaedam statua marmorea circa
 caput suum habens circulum aureum, in quo erat scriptum: Kal.
 Maii oriente sole habebō caput aureum. Quod quidam Saracenus a
 Roberto Vuiscardo duce Normannorum captus, quid protenderet
 intelligens, 3 kal. maii oriente sole diligenter notato termino umbrae
 illius statuæ infinitum thesaurum, effossa ibidem humo, repperit,
 quem pro sua redemptione eidem duci obtulit.
- 6-8. *Cat. et. Ultrai.* Balduinus 3 annis tantum in dignitate episcopali supervixit. Obiit
p. 491 autem anno Domini 993, et est sepultus in ecclesia Traiectensi
 immediate retro sepulcrum Volcmari episcopi.
7. *De sterfdatum 10 mei is correct.*

- stragem plurimorum pugilum aggravatum est prelium adversus eundem comitem, qui ibidem, Deo permittente, pro republica peremptus ymmo martirizatus est et exhinc apud Egmondense monasterium luctuosis exequiis
- 15 suis progenitoribus consepultus est.
- Nostris quoque temporibus de eodem divo comite quoddam insigne prodigium accedit, quod in presenti cronographia Christi fidelibus annotare non piguit. In cena namque Domini, cum ad Egmondensem ecclesiam diverse naciones catervatim advenerant, ut secundum antiquam consuetudinem
- 20 generalis absolucionis gratiam ab abbate perciperent, quedam rima de sarcophago prefati comitis ex antiqua vetustate rupta fuit, de qua virgula fumi velut ex aromatibus mirre et thuris ad mensuram duorum cubitorum desuper exalavit. Lutgardis vero sua collateralis ii ydus maii requivit in Christo, tumulata penes maritum in monasterio supradicto.

Caput 39a

Post excidium Arnulfi pii principis Theodricus huius nominis tercius effectus est iiii^{us} comes Hollandie, ducens in uxorem Utilhildim filiam magnifici ducis Saxonie, de qua duos filios genuit, videlicet Theodricum succedentem Hollandie principem, et Florencium Orientalis Frisie comitem.

Caput 39b

- Hoc tempore quedam statua stabat in Apulia, scripturam hanc insculptam habens: „Kalendis Maii in ortu solis habeo caput aureum”. Sarracenus autem ibidem captus suffodiens capitalem umbram perpendiculariter extensam a statua iuxta predictam diem et horam, infinitum thesaurum repperit,
- 5 quem pro redemptione sua confestim exhibuit.
- Hiis diebus, scilicet anno Domini dccccxciii^o, Balduinus episcopus ad quatuor annos Traiectensis ecclesie pastor existens vi ydus maii requievit in Christo, tumulatus cum predictis pontificibus in Traiecto.

Cap. 38b

- 12 plurimorum II multorum III
 13 peremptus cet peremptus est GD
 18 cum II dum III
 23 collateralis cet contoralis C conthoralis D
 24 penes II apud III

Cap. 39a

- 1 arnulfi als 37 reg. I
 2 Utilhildim A uulhildim C othildim BD utilhindim II
 4 hollandie principem II comitem hollandie III

Cap. 39b

- 3 sarrecenus CDM sarrachenus A sarasenus F sarachenus G13 saracheus G2 Wij veronderstellen in III een vorm met rr, in II met r, waarbij M de doorslag geeft, evenals voor c i.p.v. ch
 4 iuxta IIM infra III
 6 993 II 994 III
 7 traiectionis ecclesie II ecclesie traiectionis III

Caput 40

- 3-4. *oork.* 996 Ansfridi episcopi . . . amore Dei salubriter instigatus . . . omnem sui
(*Cart.* p. 67-68) iuris hereditatem, quam habuit infra comitatum Testerbant nuncupatum . . . donavit sancto Martino . . .
- 1-4. *Vinc. Bell.* Clarebat etiam hoc tempore inter Gallos Anfridus, qui cum fuisset
lib. 24 cap. 157 comes Bratuspantium non minus iustitia quam potentia saeculi
(*anno 997*) famosus, deposito militiae cingulo tonsuratus est in clericum, eo
profectus est ut ordinaretur episcopus Ultraiectensis ecclesie.
- 6-7. *Cat. ep. Ultr.* Iste Ansfridus construxit monasterium monachorum, quod adhuc
p. 491 moderno tempore vocatur ad Montem Sanctum.
- 9-10. *ChrE* p. 42 1008 Anfridus episcopus Traiectensis obiit . . . miraculis ad eius
(=*AnnE* sepulcrum ostensis . . .
1008)
- 9-10. *Cat. ep. Ultrai.* Sanctus Ansfridus in episcopali dignitate vixit 15 annis et obiit anno
p. 491 anno Domini 1009 in mense aprilis, V nonas maii.

Caput 41

- 2-4. *Cat. ep. Ultr.* Adelboldus ecclesiam Traiectensem, quam Baldricus fundavit,
p. 491 feliciter consummavit.
4. *oork.* 1088 episcopus preposituram Tyelensem . . . sue collationi reservaverit . . .
(*Cart.* p. 228)

Caput 40

Defuncto Balduino pontifice Ansfridus, qui pridem de seculari comite clericus attonsus est, nunc ab ecclesia Traiectensi xviii^{us} episcopus electus est. Hic Ansfridus inspirante Deo multa predia patrimonii sui donavit ad usum sancte Traiectensis ecclesie, que antea potestative possedit in comitatu Teysterbancie.

- 5 Qui dehinc anno Domini mv^o tanquam filius castigatus et dilectus Deo suorum oculorum lumen amisit, venerabile collegium ordinis beati Benedicti supra montem sanctum in honorem sancte Dei genetricis Marie construxit, in quo sacre religionis habitum suscepit et ad vite sue terminum devotissime perduravit. Idem autem episcopus anno Domini mviii^o v nonas maii feliciter
- 10 obdormivit in Domino, postquam xv annis Traiectensi prefuit episcopo. Sepulcrum autem tanti patris si quis ex devocione requirit, quispiam de canonicis maioris ecclesie vel monachis sancti Pauli sibi forsitan indicabit.

Caput 41

Post dormicionem sancti patris Ansfridi quidam Adelboldus xix^{us} electus est episcopus, qui cesaris Henrici proconsul fuit eximius. Hic Adelboldus anno Domini mxv^o Traiectensem ecclesiam veteris structure destruxit, nove fabrice fundamenta iecit, quam cum ecclesia Tylensi paucis annis decentissime

- 5 consummavit.

Caput 42a

Anno Domini mxvii^o cometa grandis in modum trabis iugiter apparuit, et eodem anno gravis belli tumultus inter episcopum Traiectensem et comitem Hollandiensem hac de causa primum invaluit. Quidam enim comes Theodricus Bavo beneficiatus fuit iuxta Bodegraven ab Adelboldo pontifice, qui Theodricum Hollandie comitem non quievit infestare cotidiano certamine. Hol-

- 5 landiensis vero comes econtra copiosum exercitum aggregans Theodricum Bavonem victoriose subegit et eundem a possessionibus suis violenter eiecit. Adelboldus autem episcopus hoc egre ferens, collectis immensis bellatoribus, decrevit vasallum suum pristinae ditioni restituere, vel adversus Hollandie
- 10 comitem crudele bellum committere. Igitur anno Domini mxviii^o v ydus

Cap. 40

De naam van de bisschop komt driemaal voor, met variaties. Wij nemen de in alle bronnen normale vorm Ansfridus als de auteurslezing aan, daar ff uit sf verlesen moet zijn.

- 1 a^{ff}fridus F auffridus G anfridus AC aufridus BD
 3 a^{ff}fridus F auffridus G anfridus ABC aufridus D
 4 teysterbancie II reysterbancie III
 6 beati IID ontbr A12C sancti A3B

Cap. 41

- 1 ansfridi G auffridi F anfridi ABC aufridi D *Hier begint M het cap. met Post anfridum*

Cap. 42a

- 5 hollandie comitem II comitem hollandie III

Caput 42a

1. *AnnE 1017* Anno 1017 cometes in modum trabis apparuit. . . .
 (*uit Sigebertus*)

3-7. *oork. 1064* beneficium quod comes Unroch ab episcopo Adelboldo tenuit . . .
 (*Cart. p. 134*) ab occidentali parte Reni usque in Bodengraven . . . Theodericus
 Bave filius, quem Theodericus comes expulit et vi sancto Martino
 abstulit.

Van elders zijn alleen bekend: Godizo et Iohannes et Godefridus
 comites perempti sunt 30 juli; in iulio mense 4 kal. aug. et in
 III feria (*dinsdag 29 juli*) . . . Godefridus comes occiditur. Iohannes
 autem optimus miles iacet . . . (*Fontes 85**).

- iunii(!) predictus episcopus cum vexillis fulgurantibus et tubis stridentibus ad locum certaminis decenter advenit; et econtra Theodricus Hollandie comes cum vexillis fulgidis et cornibus horrissonis a papilionibus suis exiens in pratis virentibus armipotenter occurrit. Nec mora quin Traiectensis et
- 15 Hollandensis populi perneciter invicem irruerunt pro corona victoriae laboriose decertantes et et cruentam stragem ab utraque parte crudelissime committentes. Denique post aliquantulum temporis robur episcopalis exercitus quam plurimum attritus(!) est in occisione magnanimorum principum, qui in eodem
- 20 duro certamine corruerunt, videlicet Wedgerus advocatus ecclesie, Wilringus et Godezo comites, Lanzo, Aldgerus et Suafferus milites, cum aliis tironibus multis et plurimis armigeris laude dignis. Adelboldus quidem episcopus nimirum hoc gravi dolens infortunio collegit extimplo recentem armigerorum cuneum, ut crudele bellum iterato committeret adversus Hollandie populum. Nichilominus et antenominatus comes Theodricus cum Siccone fratre suo
- 25 cuadunavit indefessum exercitum, ut iam secundo dimicaret contra prelibatum episcopum. Itaque die xix^a subsequente, que est iiii kalendas augusti mensis eodem anno prefati principes itidem convenerunt ad prelium, committentes alterutrum magne depopulationis excidium. Ceciderunt enim iterum ex parte pontificis Adelboldi viri strenui rebellanti manu necidati, videlicet Folkardus
- 30 presbiter, Bertoldus dyaconus, Iohannes et Gotfridus comites, Hiddo, Amalricus, Waltelinus, Hubertus ac Hildeboldus milites, Zifredus et Hermannus proceres, cum plurimis scutariis animosis et diversis armigeris approbatis.

-
- 11 *De bron moet iulii hebben gehad, zie regel 26. Vgl. Oppermann Fontes, p. 84*.*
- 14-15 -ensis zal wel tweemaal bedoeld zijn: alle hss hebben abbreviaties. Furmerius schrijft, gevolgd door Lap, -enses, misleid door populi.
- 18 *Furmerius verbetert hier terecht in attritum est, want robur is het onderwerp; robur temporis is onzin, terwijl aliquantulum temporis en robur exercitus voor Beke normale omschrijvingen zijn.*
- 19 wedgerus II wegerus III
wikingus of wilringus (*dit is bijna nergens goed te onderscheiden*) cet wikindus D2 widening G wigindus F
- 20 godezo cet godeso A3
lanzo II lazo III
aldgerus II algerus III
suafferus II suasserus BCD swasserus A
De vormen van deze namen worden bevestigd door de Bella Campestris, die wij beschouwen als ontleend aan een zeer oud hs van Beke. Een bron is onbekend.
- 21 quidem II autem III
- 22 recollegit II collegit III
- 24 siccone G successione F butone A12D34 bucone A3CD2 buccone D1 buttone B
- 26 mensis II ontbr III
- 29 folkardus A12BCD1 volkardus D2 folkaerdus A3D3 folarus D4 follardus II *Wij volgen hier III wegens Bella Camp. folcardus*
- 30 *In tegenstelling tot andere plaatsen staat hier Iohannes met h iohānes G ih'es A2 iohēs A2B ioh'es CD3 ihēs DI ihoēs D34 ioēs F*
godefridus IIB goetfridus A12CD134 gotfridus D2 goedfridus A3
hiddo t/m hildeboldus ontbr CDE *Ter verbetering van de zin heeft E vóór milites het woord et ingevoegd*
amalricus II halmaricus AB
- 31 waltelinus F (*gesteund door Bella Camp.*) walcelinus G walcellinus A walsellinus B
hildeboldus IIA3 hyldeboldus A12 hildelboldus B
zifredus II zifredus ABC zyfridus D
hermannus G hemannus F heynmannus A13 heinmannus A2 heynemannus BCD134 heynnemannus D2

Caput 42b

- 1-8. *AnnE 1018* Theoderico comite filio Arnulfi debellante Fresones in vindicta patris
 (= *ChrEp. 43*) sui ab eis occisi, Godefridus dux ad eum debellandum ab imperatore
 (*uit Sig.*) mittitur, et repente vox, unde emissa nescitur „fugite, fugite”, et a
 paucis Fresonibus multi perempti sunt.
11. *AnnE p. 195* Sed hoc discrimen provenit ei . . . et in se profecto didicit, quod idem
 (*in ander ver-* Deus est qui exaltat et qui humiliat.
band)
 (*Eccli. 7, 12*)

Caput 42c

- 1-3. *ChrEp. 44* Nova ecclesia sancti Martini, ab Adelboldo episcopo constructa,
 dedicata est a xii episcopis, vi kal. iulii.
- 1-3. *AnnE 1023* Nova ecclesia sancti Martini in Taiecto constructa et dedicata est a
 p. 129 xii episcopis, vi kal. iul.
- 1-3. *Ann. S. Marie* 1023 Ecclesia sancti Martini constructa est et presente Heinrico
 1023 imperatore dedicata est a 12 episcopis.
- 5-6. *Cat. ep. Ultr.* Obiit autem anno Domini 1027 v. kal. decembris; vixit vero in
 p. 491 episcopatu 19 annis.

Caput 42b

- Theodricus ergo comes ex hac duplici victoria non tamen sine gravi dispendio suorum obtenta quam plurimum animatus, proposuit recenter eodem anno pro vindicta patris sui debellare Frisones, ubinam et imperator Henricus cum Godefrido duce Mosellanorum destinavit expeditos equites. Cum autem
- 5 Hollandiensis et Frisingensis populus in unum occurrerent, ut in campestri bello pro victoriali laude contenderent, ecce vox quedam ab hemisperio superioris ehteris horribiliter intonuit: fugite, fugite, et confestim Hollandie populus ex formidine terrisone vocis diffugiens, pro magna parte cesus est, et Godefridus dux ibidem apprehensus ab hostibus vinculatus est. Hec utique strages
- 10 Hollandie populo provisione divina contigit, ut Theodricus comes in semetipso disceret, quod unus et idem Deus est qui humiliat et exaltat.

Caput 42c

- Anno Domini mxxiii^o Traiectensis ecclesia per Adelboldum pontificem magno opere superexstructa fuit, ad cuius dedicacionem Henricus imperatur cum xii episcopis Traiectum advenit, qui eandem ecclesiam vi kalendas iulii mensis unanimi benedictione consecraverunt et cum magna solempnitate
- 5 multum honorifice dedicarunt. Anno Domini mxxvii^o v kalendas decembris Adelboldus episcopus migravit ad Dominum, postquam annis xviii Traiectense rexisset episcopium. Qui sepultus requiescit infra tectum ecclesie Traiectensis, quam ipse decenter edificavit in honore sanctie Martini serenissimi confessoris.

Cap. 42b

- 1 ergo II igitur III
- 5 hollandiensis et frisingensis D hollandringen̄ et frisingen̄ F hollan̄ cum frisingen̄ G hollanden̄ et frisingen̄ B holl̄ et frisien̄ A1 holl̄ et frizien̄ A2 holandien̄ et frisien̄ A3 holl' et frisien̄ C
occurrerent cet occurreret IIA3
ut IIA3 et BC ontbr AC
- 6 contenderent cet contenderet IIA12 contententes C De zin is nogal wisselend overgeleverd en wij hebben de vermoedelijke tekst van Beke trachten te herstellen. Het schijnt, dat I de fout contenderet reeds had; het wegvallen van ut in III heeft dan de zaak nog gecompliceerd. Men merke op, dat A12 en A3 beide werkwoorden op tegengestelde wijze overleveren.
hemisperio II emisperio III
- 11 utique FACD itaque GB

Cap. 42c

- 1 magno opere cet magnopere IID4M magno tempore D3
5 v kal dec IIIG vi kal dec F Wij geloven dat deze laatste lezing zonder meer een copieerfout is, hoewel het necrologium van Oudemunster ook deze datum geeft; terwijl de necrologia van de Dom en van St Pieter de eerste datum geven.
- 8 serenissimi AD sanctissimi F ontbr GBCE Het woord is, als we E meetellen, viermaal onafhankelijk weggelaten, wat op een minder gewoon woord wijst.

Caput 43

17. *ChrE p. 45* Eodem anno obiit Theodericus tertius filius Arnulfi, comes Hollandie quartus, sepultusque est in Ekmunda, cui successit Theodericus III, filius eius, comes quintus.
17. *AnnE 1039* Eodem anno obiit Theodericus III comes filius Arnulfi comitis Hierosolimita, et successit Theodericus filius eius.
19. *Stoke I 1029* Ende starf in ons Heren jaer
Dusent dertich entarnaer
Neghene mede. Met groter weerde
Was hi tEgmonde brocht ter eerde.
xlvi jaer mach men lesen
Dat hi grave hadde ghewesen.
20. *ChrE p. 46* 1044 Obiit Othelhildis comitissa, que sepulta est in Saxonia.
20. *AnnE 1044* Anno 1044 obiit Othilhildis comitissa.
21. *De sterfdatum van gravin Othilde wordt in de Tabula Egmondana overgeleverd als 7 idus marcii, wat hoogstens bewijst dat zij hier een II-hs heeft gebruikt. De Breviculi Leonis maken ervan 8 kal. marcii, wat beide lezingen half bevestigt.*

Caput 44a

- 1-2. *Stoke I 1035* Hollant ontfinc den vijften grave,
Die Dideric hiet ende tlant ende have
Van den vader anequam.
Ontlanghe hi de nutscep nam.

Cap. 44a

- Door verlorengaan van een blad ontbreekt in F het stuk van 44a reg. 1 tot 44b reg. 42*
- 2 *est cet onbr A*
fretus est in alle hss en ook Furrn, maar het is onzin en wordt daarom door Lap verbeterd in fruitur.
Beke zal wel fruitus est hebben geschreven wegens Stoke nutscep nam, waarbij kan gewezen worden op, in ander verband, AnnE, p. 147 reg. 17-18

Caput 43

Cum Adelboldus episcopus defunctus esset et cotidianus tumultus in electione novi pastoris contenciose foret, Conradus rex Traiectum descendit ad supprimendam discordiam, adducens secum Ghiselam uxorem suam decentissimam. Sed quoniam eadem regina diebus illis erat gravida, quinquennio puerperio
 5 proxima, ideoque iamdictus rex locavit eandem in pago de Oesterbeyc apud quendam presbiterum, cui Bernulfus proprii nominis erat vocabulum. Rex autem ad urbem Traiectensem confestim se transtulit et capitulum ad unionem pacis informare studuit. Demum invalescente graviore discordia totum capitulum compromisit in arbitrio regis presentare virum discretum ac
 10 ydoneum, qui dignus esset gubernare tantum episcopium. Interea regina nobilis elegantis forme parturiit infantem, transmittens regi nova gaudia per Bernulfum sacerdotem. Et ecce rex pro desiderata legacione, nimirum exultans tradidit eidem presbitero Traiectense pontificium, consimiliter et investituram per anulum et pastorem baculum. Bernulfus itaque xx^{us}
 15 ordinatus episcopus cum principibus Hollandie pacem fecit, et idem Theodricus comes eodem tempore terram promissionis peregre visitavit. Hiis temporibus, scilicet anno Domini mxxxix^o vi kalendas iunii obiit magnanimus comes Theodricus Ierosolimita, tumultus penes proavum in Egmonda, qui cunctis diebus vite sue bella gessit ac Hollandiam xlii annis potentissime
 20 gubernavit. Othilhildis autem comitissa post obitum sui coniugis ad Saxoniam reversa est, que anno Domini mxliii^o vii ydus marci moriens ibidem honorifice tumulata est.

Caput 44a

Post obitum Theodrici Iherosolimita Theodricus filius eius primogenitus comes quintus effectus est, qui modico tamen tempore comitatu fretus(!) est.

Cap. 43

- 3 ghiselam *IIIF* gisela *G* ghijselam *M*
 5 iamdictus *IIIFM* dictus *G*
 oesterbeyc *GM* ooysterbeec *F* oesterbeec *B* oesterbeke *ACD*
 8 pacis *IIIFM* ontbr *G*
 10 regina *IIIM* ontbr *II*, wat door *G* is verbeterd door achter nobilis het woord uxor te voegen.
 14 per cet et *CD* ontbr *B*
 16 eodem *II* eo *III*
 17 iunii *II* ianuarii *III*
 19 xlii *F* xxxix *D4* (verandering naar het jaartal, dus dubbele fout) 33 cet Dit laatste kan wel de lezing van *I*, *II* en *III* zijn geweest, maar zeker niet van *Beke*, die 993–1039 opgeeft en bij *Stoke* 46 jaer kon vinden. Hoe het slordige *hs F* aan het goede getal komt, zien wij niet.
 20 Othilhildis *A12C* utilhildis *A3* otilhildis *F* othiwildis *G12* othwildis *G3* othildis *BD*
 21 anno Domini mxliiii^o *II* ontbr *III* Het jaartal zal wel fout zijn overgeleverd, daar *AnnE* en *ChrE* 1044 noemen.
 vii ydus marci *II* vii kal. iulii *III*

Caput 44b

- 1-3. *ChrE p. 44* 1039 Obiit Conradus imperator. Henricus filius eius succedit.
- 3-32. *Vinc. B. p. 1008*
Het verhaal komt ook elders voor (Chron. Lauresh., MG SS XXI, p. 358), maar daar heeft het andere aspecten
 Idem Henricus iucundus et hilaris erat. Habebat sororem sanctimoniam, quae dum hyeme quadam, quas nivibus et pruinis in-horruebat, uno in loco detineretur, clericus quidam ferialis familiarior iusto puellae crebro in cubiculo eius protelabat vigilias et quoniam difficile est crimen non prodere vultum advertit hoc aliquis, et iam rem vulgo ventilante solus imperator non credebat.
 Quadam nocte dum diutius simul dormirent usque in mane, ecce nix totam terram operuerat. Tunc clericus, qui se deprehendum in nive per vestigia timebat, persuasit amicae, ut dorso illius impositus angustias illas evaderet. Quae a tergo levans amasium extra curiam extulit et forte tunc imperator mictum surrexerat et vidit eos per fenestram.
 Postea evenit occasio ut episcopatum vacantem daret clerico ita ei insusurrans: Accipe episcopatum hunc et vide ne ulterius inequites mulierem. Similiter abbatiam germanae: Esto ait abbatissa, et ultra non patieris clericum equitem.
 Confusi illi a flagitio destiterunt.
- 33-36. *ChrE p. 46 AnnE 1048* 1048 Theodericus comes, filius Theoderici et Othelhildis, minus caute se custodiens, ab inimicis suis apud Dordrecht (AnnE: Thuredrech) occisus est. Hic quia legitimos filios non habebat, Florentius frater eius, primus huius nominis, successit. (AnnE: occisus est et Florentius frater eius in comitatu successit)
- 33-37. *Stoke I 1039* Tote Dordrecht in de poort
 Wort hi belaghet ende vermoort
 Van sinen vianden onversien,
 Ende dat lantschap quam na dien
 Op sinen broeder na sijn lijf
 – Want hij hadde kint noch wijf –
 1045 Ende die Florans bi namen hiet.
 Hi starf, als ment bescreven siet,
 Dideric, in ons Heren jaer
 Dusent xl ende achte daernaer.
 Neghen jaer hadde hi bi desen
 1050 Grave van Hollant gehewesen.

Caput 44b

Eodem anno viscera Conradi cesaris in Traiecto morientis recondita sunt in ecclesia maiori, et Henricus gener eiusdem imperatoris ibidem electus sublimatus est in throno regali. Hic Henricus quodam brumali tempore Slavos expugnare decrevit, qui cum expeditione magna versus orientalem plagam sua castra locavit. Habuit autem idem imperator in comitatu suo sororem sanctimoniam eximie venustatis, quam canonicus quidam adamavit zelo nimie dilectionis. Quam eciam blanda suggestione tandem ad hoc induxerat, ut citra caliginosam noctis umbram ipsum in amoris amplexu susciperet. Illis igitur in furtivo cubili clam obdormientibus permaxima nix inopinata cecidit, et aurore iubar tetram hemispherii caliginem iam effugaverat, quapropter idem canonicus quamplurimum anxius est, qualiter tute tentorium suum accederet, ne primiciale vestigium culpam suam aliquo modo proderet. Tractato denique repentino consilio prefata sanctimonialis eundem canonicum in humeris baiulavit ad suum tentorium, ut in eundo vel redeundo saltim unius solius possit apparere calcaneum. Eadem autem hora divus imperator stimulantibus belli curis solus pervigil fuit, qui peregrinum hoc spectaculum e fenestra tabernaculi sui procul intuens pie subrisit. Demum exorto iam sole cesar augustus flagitavit eundem canonicum, quatenus ad missam dyaconatus expleret officium, quod idem canonicus remordente conscientia modis omnibus abnuit, qui blandimentis aut minis ad hoc emolliri non potuit. Cernens itaque cesar eiusdem canonici timoratam conscientiam, remisit ex bono corde conceptam pertinaciam. Accidit autem ut decania similiter et abbacia diebus illis vacarent imperiali camere, et idem cesar advocans ipsum canonicum cum sorore cepit loqui per enigmata secrete parabole:

25 „Amantissime frater, esto deinceps vir maturus, et ecce tibi hanc vacantem decaniam conferims, tuam exorando benevolentiam, quatenus nunquam sanctimoniam presumas equitare feminam”. Deinde sorori sue dixit: „Karissima soror, sis abinde matrona continens, et ecce tibi vacantem hanc abbaciam sive curam ancillarum Christi conferimus per presentem anulum,

30 precipientes ne permittas umquam equitare te canonicum”. Quibus ita dictis ambo se mutuo contuentes erubuerunt, qui per hanc levem correctionem informati, preteriti culpam per perpetuam continenciam emendarunt.

Hiis temporibus, scilicet anno Domini m^xlviii^o, Theodricus Hollandie comes exercitum adversariorum suorum per Dordracum transire cohibuit, qui

35 ibidem idus ianuarii necidatus ab inimicis occubuit. Hic Theodricus non

Cap. 44b

- 16 belli curis *GM* bellicis *ACD* belligeris *B* curis bellicis *is een aardige conjectuur van Suffridus Petrus in A2 bis.*
- 20 aut *IIIM* ac *G*
- 34 *F* *begint weer met Dordracum.*
- 35 ianuarii *II* maii *III* *Het eerste is juist wegens Hermannus Augiensis (MG SS V, 128) op het jaar 1049: glaciali hieme suppeditante*
- 38 lugubribus *IIA3* lugubris *cet*

Caput 45

- 3-6. *ChrE p. 47* Hic accepit uxorem digne memorie Gertrudim nomine, ex qua genuit duos filios Theodericum et Florentium . . . et duas filias, quarum una Dei preordinante gratia facta est Francorum regina.
- 3-6. *Gravenreg. (Fontes p. 71)* Hic habuit uxorem digne memorie Ghertrudem, generans ex ea duos filios Theodericum et Florencium . . . et unam filiam, que preordinante gracia divina facta est Francorum regina.
- 3-6. *Stoke I 1051* Florens was die seste grave:
Hem quam an lant ende have.
Dese nam Gertruden te wive,
Edel ende scone van live
- 1055 Was soe ende van maghen hoghe:
Herman, van Zassen de hertoghe,
Was haer vader, een hoghe man.
An dese vrouwe Florens wan
Sinen sone Diderike
- 1060 Ende ene dochter desghelike,
Die in huwelike te lone
Seder hadde de Vrancse crone.
- 5-6. *Stoke I 1257-1260* Siere stiefdochter, de grave Florens wan,
Gaf Roebrecht (sc. de Fries) enen hoghen man,
Coninc Philips van Vrancrike,
Den jonghen coninc Lodewike.
- Deze berichten zijn niet juist: Geertrui was een dochter van Bernard II van Saksen; Floris I en Geertrui hadden één dochter, genaamd Berta, die trouwde met Filips I van Frankrijk, die haar na de dood van Robert de Fries, onder wiens voogdij hij stond, verstiet. De naam Mathilde is kennelijk een bedenkssel van Beke.
- 7-14. *Cat. et. Ultraip. 491* Bernoldus . . . infra muros Traiectenses tres fundavit ecclesias, scilicet sancti Petri et sancti Johannis, in quibus canonicos ordinavit, et sancti Pauli, ad quam traxit monachos, quos Ansfridus in Sacro Monte instituerat; unam vero eciam in Daventria ecclesiam construxit in honore sancti Lebuini, quam dotibus pulcherrimis decoravit. Vixit in dignitate episcopali 27 annis, et obiit anno Domini 1054.
- 15-18. *ChrE p. 48 (=AnnE 1054)* 1054 obiit Bernolfus episcopus Traiectensis et in ecclesia sancti Petri apostoli, quam ipse construxit et ditavit, honorifice sepultus est.

habuit uxorem aut liberos, qui per spacium ix annorum rexit Hollandie terminos; cuius exanime corpus apud Egmonde devectum est, quod ibidem lugubribus exequiis inhumatum est.

Caput 45

Occiso Theodrico comite barones sive proceres susceperunt Florencium germanum prefati Theodrici in comitem Hollandie, qui prius comes fuit et dominus ulterioris Frisie. Hic Florencius duxit in uxorem Gertrudim filiam Hermanni ducis Saxonum, de qua genuit Theodricum et Florencium, insuper
5 et Machtildim puellam venustatis eximie, quam post obitum patris duxit in uxorem Philippus, rex Francie.

Eisdem temporibus Bernulfus episcopus ad perhennem laudis sue memoriam edificavit in Traiecto duas collegiatis ecclesias, unam videlicet in honore sancti Petri venerabilis apostoli ac aliam in honore sancti Iohannis Baptiste
10 precursoris Domini. Medietatem vero collegii sancti Salvatoris Traiectensis transplantavit in Davantriam, ubi pro reverencia beati Lebuini canonicorum extruxit ecclesiam. Abbaciam autem reverendi patris Ansfridi de Monte Sancto Traiectum transtulit, ubi conventualem ecclesiam in honore sancti Pauli condidit.

15 Hic reverendus antistes anno Domini mliiii^o xiii kalendas augusti migravit ad Dominum, postquam annis xxvii in pace gubernasset episcopium. Qui Traiectum condigne convectus est et ibidem in ecclesia principis apostolorum honorifice tumulatus est.

Cap. 45

3 Gertrudim *cet* Ghertrudim A1 gheertrudim A23 gertrudem B

4 hermanni *cet* heynmanni A1C heinmanni A2 heymani A3
de qua II ex qua III
insuper III *ontbr* II

5 *Volgens Stoke huwde de dochter met coninc Philips zone van Vrancrike, den jonghen coninc Lodewike. Stoke weet geen naam en Beke maakt er maar wat van: ze heette Berta.*

7 laudis sue IIIM laudis sine F laudem sue G

8 videlicet II *ontbr* III

9 *tweemaal sancti III (=bron) tweemaal beati G beati/sancti FM De laatste lezing is ook mogelijk.*
venerabilis apostoli *cet* apostoli venerabilis BCD

12 ansfridi II amfridi A12D anfridi A3CM aufridi B *Zie ook cap. 40 en 41.*

Caput 46

3-13. *ChrE p. 49-51* 1061 Florentius comes sextus, . . . vir bellicosus et valde gloriosus, postquam pedibus suis subegit hostes sibi resistentes, nimium confidens in fortitudine sua et suorum, post victoriam minus caute se custodiens, militibus suis dispersis, dum quadam die de bello (AnnE betet: de Bomlo) reverteretur ad propria, contigit ut fessus ex itinere sub umbra cuiusdam arboris (AnnE arboris saligne) in loco qui dicitur Hamerthe, dormiret meridie iam secure, et ecce ex improviso inimici supervenerunt, et priusquam cum suis equos ascendere potuit et effugere, in eum irruentes cum multis suorum eum occiderunt, delatusque in Ekmundam ibidem cum fratre suo Theodorico sepultus est.

10. *De juiste datum is, blijkens Breviculi Leonis*, 14 kal. iun.

Caput 47a

1-3. *ChrE p. 51* 1063 Robertus iunior filius Balduini comitis Flandrie . . . Gertrudim comitissam relictam Florentii comitis Hollandie sexti sibi in matrimonio sociavit et sic comitatum Hollandie et Fresie acquisivit.
(*AnnE*)

6-9. *oork. 30 april* Henricus divina favente clementia rex . . . interventu quoque et consilio fidelium nostrorum scilicet . . . Gotefridi . . . ducum, necnon et-
1064 (Cart. ob fidele servicium Welhelmi Traiectensis episcopi, comitatum
p. 101) omnem in Westflinge et circa horas Reni, quem Theodericus habuit, cum omnibus . . . ad eundem comitatum respicientibus, hoc est abbatia Ekmunde . . .

6-9. *oork. 2 mei* Heinricus divina favente clementia rex. Notum esse volumus . . .
1064 (Cart. qualiter nos ea dona, que iniuste ablata fuerant sancte Dei ecclesie
134) Traiectensi a Theoderico comite . . . interventu quoque et consilio principum nostrorum . . . Godefridi . . . necnon ob fidele servicium Wilhelmi eiusdem sedis episcopi, reddimus et restituimus et regali auctoritate eidem sancte ecclesie confirmamus.

7. *Stoke I 1197* Die bocheuse Godevaert,
Dies hiervoren ghewaghen waert,
Quam met conincliken here
1200 Op Hollant mit starker were,
Ende van Utrecht quam met hem
In helpen de bisscop Willem,
Ende al op Robbrechte de Vriese,
De van sorghen ende van verliese
1205 Ute Hollant was verdreven.

Caput 46

Defuncto Bernulfo pontifice, Wilhelmus ^{xxi^{us}} Traiectensis effectus est episcopus, vir totus belliger et magnanimus.

- Hiis diebus, scilicet anno Domini ^{mlxi^o}, Florencius comes Hollandie princeps imperterritus ob vindictam fratris sui contra superiores comites expeditionem
 5 validam eduxit, quos omnes occisis plurimis cum triumphali laude subegit. Contigit autem ut idem comes nimis confusus in virtute sue fortitudinis obdormiret lassus in Hamerth meridiano tempore sub ramis umbrose salicis, et ecce fugitivi pugiles, quos idem comes paulo prius in bello devicerat inopinate supervenerunt, qui eundem cum multis armigeris condormientibus ^{xiiii}
 10 kalendas iunii necidarunt. Is Florencius comitatum ulterioris Frisie ^{xxii} annis rexit et principatum tocius Hollandie post necem fratris sui ^{xiiii} annis cum potencia gubernavit; qui ad Egmondense monasterium honeste reductus est et ibidem cum fratre luctuosis exequiis inhumatus est.

Caput 47a

- Gertrudis quidem comitissa transacto biennio post mortem sui coniugis nupsit Roberto iuniori filio Balduini comitis Flandrie, qui ex parte Theodrici domicelli iunioris adhuc etatis suscepit gubernacionem comitatus Hollandie. Wilhelmus autem Traiectensis episcopus attendens Hollandiam sine defensore
 5 desolatam esse, ac eandem dicionem in manibus pueri seu extranei principis devenisse, impetravit ab Henrico Romanorum rege comiciam Hollandiensem et abbaciam Egmondensem, proponens adiutorio Godefridi ducis Gibbosi pusillum infantem ab Hollandia potenter expellere et de duplici strage preterita debitam ulcionem accipere.

Cap. 46

- 1 bernulfo *FAI2CM* bernulpho *G* barnulpho *A3BD*
 pontifice *cetM ontbr G*
 7 hamerth *II* amers *A12* hamers *A3* hamart *B* amera *C* hammert *D*
 10 iunii *II* iulii *III*
 11 necem *II* obitum *III*
 12 reductus *II* devectus *D4* (*ook Leo monachus*) deductus *cet*

Cap. 47a

- 2 balduini *IIBD* baldewini *AC*
 6 henrico *IIA1CM* heynrico *A2* heynrico *D*
 7 godefridi *IIBM* goetfridi *ACD*
 8-9 et t/m accipere *IIM ontbr III*

Caput 47b

- 1-12. *ChrE* Anno 1071 Godefridus dux gibbosus cum Wilhelmo episcopo et
p. 52-54 regali exercitu Rotbertum de Hollant expulit et sibi potenter subiuga-
(AnnE 1071) vit. Quo facto Robertus comes cum paucis Gandavum venit et con-
 vocatis principibus Flandrie alios beneficiis atque alios pecuniis et
 promissionibus ad se attraxit. Deinde congregato non modico exer-
 citu obviam Arnoldo comiti filio fratris sui Baldwini apud Casle
 civitatem processit.
- 11-12. *Stoke I* Daer quam Rikelt ande vaert,
1228-1232 Arnout ende Bouden, hare kinder,
 Ende met hem groot heer ghinder,
 Die coninc Philips van Vrancrike.
- 11-12. *ChrE p. 54* . . . et conserto prelio Arnoldus ipse perimitur, mater eius Richelda
(=AnnE capitur, rex Francorum Philippus fugatur, ipse etiam Robertus
1071) capitur. Tunc . . . idem Robertus comes in regnum paternum honori-
p. 132 fice suscipitur.
- 13-14. *ChrE p. 55* 1072 Godefridus dux Gibbosus ultiores Fresones gravi prelio
(=AnnE devastat.
1071)
- 14-16. *Stoke II 9* tIIselmonde
 Daer ghemaect hadde tier stonde
 Ene vaste borch, al wast onrecht,
 Willem de bisschop van Utrecht.
16. *Stoke I 1211* Vier jaer stont in Godevaerts hant
 Aldus de graefscap van Hollant.
- 17-18. *ChrE p. 56* 1075 Godefridus dux Gibbosus secessum petens latrinarum . . . a
(=AnnE quodam Gisleberto Theoderici filii Florentii comitis proprio famulo
1075) vulneratus est . . . iussu suo Traiectum usque translatus post paulu-
 lum v kal. martii obiit.
19. *ChrE 57-58* 1025 Wilhelmus etiam episcopus v kal. maii obiit. Cui successit Con-
(AnnE 1025) radus.
- 20-22. *Cat. ep.* Wilhelmus in dignitate episcopoali vixit 22 annis et obiit in mense
Ultrai maii v kalendas anno Domini 1076 et est sepultus in quadam cappelle
p. 492 in parte meridionali in eodem sepulcro in quo Guido episcopus est
 sepultus.

Caput 47b

Igitur anno Domini mlxxi^o Godefridus dux cum Wilhelmo pontifice decenter in signis variis et tubis stridulis Hollandiam introivit, et econtra Robertus comes in vexillis fulgidis et cornibus horrisonis armipotenter occurrit; et ecce commisso gravi prelio Robertus comes terga vertens a bello profugatus est et Hollandie populus ex magna parte confestim occisus est. Robertus autem cum privignis et uxore Gandavum adveniens subarravit omnes Flandrie nobiles in ipsius adiutorium, proponens adversus Arnoldum comitem pro suo patrimonio festinanter inire prelium. Arnoldus vero comes auxiliante Philippo rege Francorum aggregavit contra valentes armigeros, ut in virtute magna disturbaret adversantes sibi cuneos. Et ecce conserto iam bello penes montem Cassii Philippus rex profligatus est, Arnoldus comes interemptus est et Robertus Friso comes Flandrie potenter effectus est.

Interea Godefridus dux Hollandiam dicioni sue transponens Orientalem seu ulteriorem Frisiam bellica manu subegit, et Wilhelmus episcopus contra Theodricum domicellum Hollandie frequenter observans excubias in Yselmonda castrum munitissimum fabricavit. Demum idem dux ad iiii annos Hollandiam regens anno Domini mlxxv^o per quendam Giselbertum super latrinam letaliter sauciatus ad Traiectum duci se iussit, ubi v kalendas marcii vite spiritum exalavit. Eodem eciam anno Wilhelmus episcopus v kalendas maii requievit in Domino, postquam annis xxii Traiectensi prefuisset episcopio. Hic Traiecti consimiliter allatus est ac in ecclesia maiori reverendis pontificibus consepultus est.

Cap. 47b

1 godefridus IIBD4 goetfridus ACD13 *Het hs D2 schrijft achter profugatus est: Interea Goetfridus dux dicioni sue, merkt dan dat het fout is en streept het door. Op de goede plaats staat dan: Interea Godfridus dux*

2 in signis *cet* insigniis CD

5 confestim *cet* ontbr G

8 Alleen A2 heeft de volgorde rege Francorum Philippo, wat in alle drukken is blijven staan.

13 hollandiam II ontbr III

14 contra *cet* econtra D

15 Theodricum II ontbr III

17 Lap voegt achter quendam in: servum prefati Theodorici comite Hollandie nomine, wat als marginale noot in A4 staat.

Giselbertum GC gyselbertum F ghysselbertum A1 ghiselbertum A2BD

Caput 48a

- 2-3. *oorkonde*
(*Cart. p. 120*)
1123-1125 Notum sit omnibus Christi fidelibus . . . quod ego Heinricus quintus Romanorum imperator augustus donum quod pater meus, tum pro remedio anime sue tum pro amore et servicio fidelis memorie Conradi, episcopi Traiectensis, nutricii mei, dederat beato Martino in Traiecto de comitatu Fresie renovavi . . .
- 3-4. *oork. 1086*
(*Cart. p. 113*)
Deze of een verwante oorkonde moet zijn gebruikt Heinricus divina favente clementia Romanorum tercius imperator augustus . . . marchionem . . . Eisdem bonis nos comitatum quendam nomine Islegowe cum omni iure et utilitate, quam Ekbertus exinde habuerat, tum pro remedio anime nostre tum ob fidele servicium dilecti nostri Conradi Traiectensis episcopi, beato Martino ad ecclesiam Traiectensem in proprium tradidimus.
5. *ChrE 60*
(=*AnnE 1076*) . . . presidio Islemunde, castrum firmissimum, ubi Conradum episcopum esse sciebat, adiit . . .

Caput 48b

- 1-3. *ChrE p. 58-60*
(=*AnnE 1076*) 1076 Theodericus comes filius Florentii et Gertrudis adhuc iuvenili etatis flore pollens, non diutius passus paterno regno et hereditate privari . . . cum vitrici sui Roberti comitis presidio Islemunde, castrum firmissimum, ubi Conradum episcopum esse sciebat, adiit.
- 12-13. *ChrE p. 60*
(=*AnnE 1076*) In quo prelio occisi sunt Lambertus prepositus Daventriensis, Vulmarus presbiter sancti Bonifacii et Gerloch comes multique alii . . .

Caput 48a

Post obitum Wilhelmi presulis quidam Conradus xxii^{us} electus est episcopus, qui Henrici quarti cesaris erat nutricius. Hic Conradus impetravit ab Henrico iii^o Romanorum rege dominationem Orientalis Frisie, quam marchiones violenter abstulerunt a principibus Hollandie. Idem ergo Conradus
 5 castrum Yselmonde contra domicellum Hollandie firmissimis propugnaculis extruxit, ac id ipsum suo fideli satellicio communivit.

Caput 48b

Anno Domini mlxxvi^o Theodricus domicellus iuvenilis etatis flore vernans decrevit auxilio Roberti vitrici sui Conradum episcopum in predicto castro circumvenire, et paternam hereditatem suam cum potencia recuperare. Conradus autem episcopus horum omnium prescius commilitones et burgen-
 5 ses suos secreta legacione premonuit, et ab eis sub die determinata manuale iuvamen expeciit. Nec mora quin ad edictum Conradi pontificis copiosus aggregatus est exercitus, cum vexillis fulgurantibus et tubis perstreptentibus; Hollandienses autem econtra cum Flandrorum balistariis Traiectensibus audaciter occursarunt in signis choruscantibus et buccinis frementibus. Et
 10 ecce dies illa dies ire, quoniam electi pugiles ceciderunt ab exercitu partis utriusque. Denique post longum conflictum corruerunt ex parte Traiectensis episcopi hii viri pugnaces et preliatores acerrimi, videlicet Garlacus comes, Lambertus Davantrie prepositus, Vulmarus sancti Bonifacii presbiter, Werenboldus et Giselbertus milites, cum aliis multis armigeris audacibus,
 15 scutariis et burgensibus approbatis, quorum amissione totus episcopalis exercitus nimirum disturbatus est, et residuus populus ad naves inordinate discurrens pro magna parte submersus est. Episcopus ergo Conradus cernens horrorem crudelissimi belli vehementer ingruere, et ruinam populi sui violenter invalescere, tures antedicti presidii communire stutuit, et ante
 20 muralia balistariis defensare disposuit. Sed Hollandrini per creberrimos ictus

Cap. 48a

1 Conradus *cet* coenradus A12 conrardus A3M

3 iii^o *IIACM* ontbr BD De nummering der keizers is fout, want het betreft Hendrik V en Hendrik IV. Maar in de oorkonde van 1086 staat foutief tercius. Dit kan aanleiding hebben gegeven tot een verandering door Beke. Dezelfde cijfers staan in de Tabula Egmondana. Furm. heeft een verbetering beproefd door in reg. 3 quinto te zetten. Dit kan zijn bevorderd doordat het cijfer in zijn hs E3 ontbrak.

Cap. 48b

1 mlxxvi^o III mlxxvii G mlxxvi vi^o idus iunii F

10 quoniam *cet* qua G

11 longum *IIB* oblongum ACD

12 pugnaces et preliatores F pugnantes et preliatores G preliatores III

13 vulmarus *cet* vulmarus F wolmarus C

14 giselbertus G giselbracus F ghyselbracus A23 ghizelbracus A1 ghiselbertus BD ghisebratus C Aangezien de bron onbekend is, moet men de mogelijkheid giselbracus ook onder ogen zien.

- 24-26. *ChrE*
p. 60-61
(*AnnE 1076*) eodemque episcopo capto et iterum dimisso cum triumpho in propria sua recipitur
- 28-29. *ChrE p. 61*
(*ontbr.*
AnnE) Hic accepit uxorem Othelhildem, ex qua genuit filium, quem nomine patris sui Florentium nominavit.
- 28-29. *Gravenreg.*
(*Fontes*
p. 72) Hic accepit uxorem Uthelhildam nomine et genuit ex ea filium, nomen ei patris et fratris imponens Florencium, et filiam unam.
31. *ChrE p. 63*
AnnE 1091 1091 Obiit Theodericus pie memorie comes Hollandie septimus. Anno 1091 obiit Theodericus V comes pie memorie.
- 31-34. *Stoke II*
47-51 Dese Diedric starf daernaer,
Als men screef ons Heren jaer
Dusent neghentich ende een.
Om hem dreef Hollant groten ween.
Sijn vader was doot xxx jaer.
- 65-66 Tote Egmonde worthi ter eerden
Bracht met herde groter werden.
- 28-34. *Gravenreg.*
(*Fontes*
p. 72) Hic accepit uxorem Uthelhildam nomine et genuit ex ea filium . . . Florencium et filiam unam . . . Iste vitam finivit in pace sepultusque est in medio Ekmundensis ecclesie . . .
31. *De datum 15 kal. iulii wordt ook gegeven door de Breviculi Theoderici en Leonis.*

Caput 49a

1. *AnnE 1091* Florentius II filius eius successit.
- 1-3. *ChrE p. 63*
(*uit Gravenreg. Fontes*
p. 72) Florentius filius eius successit. Ille Florentius florens virtutibus et precellens omnes parentes suos divitiis et honoribus accepit nobilissimam coniugem nomine Petronillam filiam Theoderici ducis, sororem Lotharii ducis postea regis, ex qua genuit tres filios Theodericum, Florentium, Simonem et unam filiam.
3. *ChrE p. 67* Florentius Crassus . . .

mangenarum castris propugnacula conquassarunt, et Flandri nichilominus castrensia a cacumine murorum sagittis et fundibus abigerunt, ita ut Conradus episcopus demum necessitate coactus in deditionem suam transiret et Hollandiam cum castro Theodrico domicello libere resignaret. Hiis itaque
 25 gestis idem domicellus Conrado pontifici condignam exhibuit honorificentiam, quem cum aliis captivis a prisonibus solutis remisit ad civitatem propriam. Theodricus ergo domicellus cum triumphali victoria reversus ad comitatum Hollandie, duxit in uxorem Otilildim, filiam prepotentis ducis Saxonie, de qua genuit Florencium succedentem comitem et Machtildim venustissimam
 30 domicellam. Hiis temporibus, scilicet anno Domini mxcio, Theodricus comes xv kalendas iulii Creatori reddidit animam, postquam annis xxx bellicose rexisset Hollandiam, cuius uxor Uthilildis xiiii kalendis decembris requievit in Christo, tumulata penes maritum in monasterio supradicto.

Caput 49a

Defuncto Theodrico comite Florencius filius eius viii^{us} Hollandie comes effectus duxit in uxorem Petronillam Lotharii cesaris sororem, ex qua genuit Theodricum, Florencium, Simonem ac Hadewigim virginem. Hic Florencius dictus crassus statura fuit egregius, plurimumque pacificus, largus elemosinarius, cunctis proficuus et nemini nocivus, qui progenitores suos in divitiis excessit et virtutibus superavit.

21 castris propugnacula II propugnacula castris III
 24 Theodrico domicello II domicello Theodrico III
 25 domicellus II Theodricus III
 27 ergo II igitur III
 28 otilildim F utilhindim G wthildim A othildim BD utilhildam C
 31 xv kal iulii F xv kal iunii G v kal decembris III (*schrijffout veroorzaakt door de sterfdatum van zijn vrouw, twee regels lager*)

Cap. 49a

3 hadewigim cet hadewigim A12C
 5 nocivus FG2A3CD nocuus A12BG13

Caput 49b

6. *Ann. S. Marie* 1099 Cûnradus episcopus interfectus est a quodam plebeio cultello
p. 475 miserabiliter, eodem momento postquam missam cantaverat et ad
 domum vix venerat.
 Altare primum et precipuum beate Marie, quod postea ad occiden-
 tem translatum est, consecravit dominus episcopus Cûnradus . . .
- 14-15. *Sigeb. 1098* Conradus Ultraiectensis episcopus feria iv pasche post missam a se
 celebratam a quodam suorum in domo sua perimitur.
- 11-14. *ChrE* 1099 Conradus episcopus Traiectensis in propria domo post celebra-
p. 64-65 tionem misse in quarta feria paschalis hebdomade cultello perimitur
 (= *AnnE* et in ecclesia sancte Marie, quam ipse magno sumptu construxerat,
1099) humatur.
- 10-14. *Cat. ep.* Conradus construxit ecclesiam beate Marie Virginis iuxta muros
Ultrai Traiectenses infra civitatem Traiectensem . . . Hic Conradus die
p. 492 mercurii immediate post solemnitatem paschalem sequente post
 missarum solempnia in aula episcopali per quendam Frisonem
 occulte interfectus fuit anno Domini 1099 die mercurii, ut predictum
 est. Iste tamen Friso, qui latrocinium istud perpetravit, omnino
 evanuit et subterfugit. Et est sepultus in ecclesia beate Marie predic-
 te, quam ipse fundavit.
- Albertus Stadensis zegt: a quodam occisus interiit, quem ipse depre-
 dari precepit.

Caput 50a

Caput 49b

- Hiis diebus Conradus episcopus ad felicem recordacionis sue memoriam, superedificare proposuit in occidua parte civitatis sue canonicorum ecclesiam, qui fundum adeo lutosum ibidem repperit, quod bases pilariorum stabilire non potuit. Fuit autem in latomorum consorcio hiis diebus quidam Friso,
- 5 Pleberus nomine, qui eandem ecclesiam sub iudicio mortis fundare promisit, verumtamen immoderatum inde salarium exegit. Quapropter episcopus largis enceniis a filio prefati Frisonis archanum magisterium didicit et inchoatam ecclesiam in honorem sancte Dei genitricis magnopere condidit. Quamobrem idem Friso concepit invidie zelum adversus episcopum, premeditans qualiter eidem posset inferre mortis interitum. Demum anno Domini
- 10 mxcix^o, dum episcopus Conradus post missarum solempnia solus in domo recumberet et privatas oraciones cum devocione legeret, prelibatus Friso, visa iam oportunitate, cultrum eduxit et reverendum pontificem instigante dyabolo trucidavit.
- 15 Hic pontifex annis xxv regens episcopatum viii (!) kalendas maii lamentabiliter occisus est, qui in eadem ecclesia perpetue virginis Marie celeberrime tumultatus est.

Caput 50a

Post interitum Conradi pontificis Burchardus xxiii^{us} substitutus est episcopus, vir devotus, pius et pacificus.

Cap. 49b

- 4 hiis diebus *IIM ontbr III*
 5 *De bronnen geven* per quemdam Frisonem (*Catal. en Stoke II, 98*) en a quodam plebeio (*AnnSM; dit is echter een latere toevoeging*).
 6 salarium *IIBM* sallarium *ACD*
 8 magnopere *IACM* magno opere *BD*
 i1 episcopus *IIM ontbr II*
 15 *De datum moet zijn xviii kal. maii, zie Fontes p. 108.*

Cap. 50a

- 1 burchardus *II* burghardus *III*

Caput 50b

1-2. *Vinc. Bell.*
1017 kol. 2

... Hildebrandus archidiaconus Romanorum ... quem ideo papa Alexander cancellarium apostolicorum praefecerat, pro cuius officii intuitu Hildebrandus tanquam cancellarius circumibat provincias ut perperam acta corrigeret. ...

3-11. 1018 kol. 1

Idem archidiaconus in Gallia consederat in concilio vice papae, ubi plures episcopi per symoniam facti, quorum unus huius criminis insimulatus nullis testibus argui, nullis argumentis poterat confutari, ita dicendi arte callebat. Tunc archidiaconus: „Cesset humanum eloquium, producatuor ecce divinum oraculum. Certum est, quod episcopalis gratia donum Spiritussancti est, et quisquis episcopatum mercatur, donum Spiritussancti comparari posse pecunia opinatur. Coram nobis ergo qui iudicio Spiritussancti congregati sumus, dicat iste: Gloria Patri et Filio et Spirituisancto. Qui si expresse et sine titubantia dixerit, constabit apud me non esse illum simoniacum.” Accepit ille libens conditionem, nihilominus ratus, quam hoc diceret certe. Gloria Patri et Filio sic integre protulit, sed in hoc „et Spirituisancto” haesit, suscitato cunctorum strepitu, nullo conatu vel tunc vel deinceps tota vita sua Spiritumsanctum nominare potuit.

Caput 50c

1. *AnnSM 1112* 1112 Burchardus episcopus obiit.

1. *ChrEp. 65* 1112 Obiit Burchardus episcopus Traiectensis. Godeboldus successit.
(=*AnnE 1112*)

De sterfdatum van bisschop Burchard is waarschijnlijk 15 mei, 17 kal. junii, zie Meilink, Egm. Geschiedbronnen, blz. 63.

Caput 50b

Hiis temporibus quidam Hildebrandus cardinalis et apostolice sedis legatus devenit in Galliam, ut ibidem aboleret simonie perfidiam. Cum autem idem cardinalis adversus diffamatum episcopum processisset et ipse episcopus testes ipsum accusantes precio subarrasset, dixit idem legatus: „Cesset humanum
 5 iudicium, producatnr ecce divinum oraculum. Cum certum sit, quod episcopalis gracia donum sit Spiritus Sancti, et si in empcone pontificii non sis consors Symonis Magi, dic: gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto”. Symonicus igitur absque formidine „gloria Patri et Filio” distincte protulit, verumptamen „Spiritus Sancto” nequaquam pronunciare potuit; sed postquam idem
 10 ab episcopatu destitutus fuit, totum versiculum sine quovis obstaculo sepe legit.

Caput 50c

Anno Domini mxcij^o Burchardus episcopus xv kalendas iunii requievit in Domino, postquam xiii annis prefuisset episcopio. Qui in ecclesia Traiectensi apud anteriores pontifices reconditus est, ac eodem anno Rodolphus maior prepositus a suis adversariis consimiliter interemptus est.

Cap. 50b

- 2 ibidem *cet* ubidem *G23* ibi *BD3*
 idem *II* ipse *III*
 3 ipse episcopus *G* ep̄m ep̄s *F* idem episcopus *III*
 4 precio *III* prece *II*
 10 quovis *II* ontbr *III*
 sepe *II* ontbr *III*

Cap. 50c

- 2 postquam xiii annis *III* postquam idem annis xiii *G* postquam xiii annis idem *F*
 3 anteriores *II* priores *III*
 rodolphus *cet* rodolfus *A1* rodolphus *A3* rodulfus *C*

Caput 51

1. *AnnSMarie* 1114 Godeboldus episcopus successit.
1114
- 12-20. *oork. 1119* Calixtus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri G. Traiectensi episcopo . . . Nos quidem personam tuam interesse concilio sperabamus; ceterum, sicut ex fratrum tuorum quos ad nos misisti, assertione cognovimus, in itinere adeo impeditus es, ut ad nos sine graviore periculo minime potueris pervenire, propter quod absentie tue paterne dilectionis intuitu parcimus. . . . Preterea pro commissa tibi ecclesie reverentia et nostre diutine ad invicem dilectionis affectu, episcopalem mitram tibi tuisque successoribus deferendam concedimus. Datum Remis.
- 21-22. Verwijzing naar Chronographia, speciaal cap. 16.
- 23-24. *AnnE p. 141* Anno 1121 Florentius Crassus comes filius Theoderici quinti 6 nonas martii obiit.
- 25-26. *ChrE p. 67* 1122 Florentius Crassus comes octavus adhuc in flore iuventutis positus migravit ab hac vita sepultusque est in Ekmunda.
- Stoke II 49 (Dirk V sterft 1091) en 105 (Floris II sterft 1112) is in de war. Het kan niet aan een copieerfout liggen, want Dirk VI sterft in 1157 (II 445) en Stoke geeft dan zijn regeerjaren op als 45 (II 449). Stoke geeft geen regeerjaren van Floris II, maar het is duidelijk, dat Beke de gegevens van Stoke niet critiekloos overneemt. „Beka, die omstreeks 1345 de abdij bezocht heeft, vertelt alleen, dat het graf van Floris II door een marmeren steen gedekt was en vestigt daarmee den indruk, dat dit graf zich van de andere door een zekeren glans onderscheiden heeft.” (Meilink, Egmondsche Geschiedbronnen, blz. 55).
- 27-31. *ChrE* 1133 Sanctimoniales de Saxonia de clastro Stuterlingeburch (hss hebben varianten) faciente comitissa Petronilla Rinesburch adducte p. 83-84 sunt, in quibus religionis gravitas et claustralis officii non parva (= *AnnE* cognitio fuit; quarum industria hodieque in his que per earum p. 148) magisterium informate sunt apparet. Eodem anno 17 kal. octobris dedicata est eadem ecclesia in Rinsburch in honore sancte Marie virginis ab Andrea episcopo.
30. *ChrE p. 94* 1144 Petronilla comitissa uxor Florentii Crassi comitis defuncta est et in monasterio Rinesburgensi, quod ipsa construxit, honorifice sepulta est.
30. *AnnE p. 154* . . . defuncta est et honorifice Rinsburch sepulta.

12-13 *Het eerste est ontbr G, het tweede A2, waaruit Furm. godeboldus cet M godeboldus A12 godeboldus DIG1*

21 *martiris gloriosi IIM ontbr III*

23 *anno Domini quo supra III anno quo supra II Furmerius heeft hier het jaar 1126 afgedrukt, wat Lap heeft laten staan.*

25 *penes II prope III*

30 *reynsburch cet rensburch A1 rijsnburch A3 rensburgh C rineichburch F*

Caput 51

- Defuncto Burchardo presule, Godeboldus *xxiiii^{us}* cathedratus est episcopus, vir mansuetus, prudens et religionis amator precipuus. Nam et hic anno Domini *mcxxi^o* superedificavit in palustri solitudine de Oestbroec cenobium monachorum et monialium in honore beate Marie perpetue virginis et sancti
- 5 Laurencii preciosi martiris, quod monasterium propter artam religionis observanciam dicebatur olim carcer ordinis. Ibidem enim congregatio maxima fuit et rigor monastice discipline secundum regulam sancti Benedicti distric-
- 10 tissime pullulavit. Hic etiam episcopus regulares canonicos habitantes Middelburch apud Wallacriam propter inordinatam eorum conversacionem expulit, et religiosos monachos ordinis premonstratensis de cenobio beati
- 15 Michaelis Antwerpiensis illic attulit. Hiis etiam temporibus Remis generale concilium celebratum est, ubi de multis utilitatibus ecclesie diffinitum est. Godeboldus autem episcopus diebus illis egrotans oportunitatem absencie sue per vicinos coepiscopos domino
- 20 pape literatorie conscripsit, quoniam sanctitatem summi pontificis humiliter exoravit, quatenus pro reverencia sancte Traiectensis ecclesie sibi suisque successoribus indulgeret usum pontificalis infule, quo predecessores sui frustrati fuerunt longo tempore. Alexander autem apostolicus nominis huius
- 25 *iii^{us}* predilecti sui Godeboldi presulis desideratam epistolam gratanter accepit, et pro mutue dilectionis affectu supplicacionem suam clementer admisit. Causa vero sufficienter exprimitur in vita sancti Bonifacii martiris gloriosi, quare Traiectenses episcopi non fuerunt hactenus infulati.
- Anno Domini quo supra Florencius comes Hollandie, confrater ecclesie Traiectensis, vi nonas marcii migravit ad celestem patriam, postquam annis
- 30 xxx cum magna tranquillitate rexisset Hollandiam. Qui penes progenitores suos in Egmondensi monasterio tumulatus fuit, ubi sub petra marmoris satis honorifice requiescit. Petronilla vero comitissa post mortem mariti sui monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti devote condidit ob honorem beate Marie semper virginis et sancti Laurencii victoriosi martiris in allodio
- castri sui, quod Reynsburch appellatur, que dehinc x kalendas iunii mensis in Christo quiescens ibidem sumptuosis exequiis sepelitur.

Cap. 51

- 1 burchardo *G1A3* (vgl 50a reg. 1) borchardo *FG23* burghardo *BC* borghardo *A12* burchgairdo *D*
godeboldus *M* (vgl. 52 reg. 18) godelboldus *II* godebaldus *III*
- 3 oestbroec in geen der hss, maar is de meest waarschijnlijke lezing die uit de vele varianten te construeren is, in vergelijking met 52 reg. 18 oestbroic *F* oestbroyc *G1* oestbroeck *G23A3* oystbroyc *M*
ostbroec *A1* osenbroec *A2* oesbroec *BD134* oesbroeck *D2* oesebroec *C*
- 4 beate marie perpetue virginis *IIIF* beate virginis marie *G1* beate marie *G23*
- 6 maxima *IIIM* magna *II*
- 7 sancti *IIIFM* beati *G*
- 9 middelburch *IIM* middelburgh *III*
wallacriam *IIM* walacriam *III*
propter *IIIF* prope *M* ob *G*
conversacionem *IIIM* conversionem *II*
- 10 beati *IIM* sancti *III*

Caput 52

2. *ChrE p. 87* ... presente Theoderico et uxore eius Sophia ...
(= *AnnE*
p. 152)
2. *ChrE p. 91* Palatinus item comes Otto de Rinekke, filius Ottonis et Gertrudis
(= *AnnE* comitisse, frater comitisse Sophie Holtlandensis. ...
p. 153)
3. *ChrE p. 125* Sophia comitissa Hollandie cum filio suo Ottone ...
(= *AnnE*
p. 181)
- 3-4. *Narr. p. 7* Balduinus ... comitem Hollandie Florencium, qui frater suus carnalis
extitit ... et Ottonem comitem de Benthem, eciam fratrem suum.
4. *ChrE p. 147* Baldwinus ... Theodericus videlicet frater eiusdem episcopi ...
(= *AnnE*
p. 188)
4. *Narr. p. 18* ... fratrem episcopi Baldewini Theodericum ...
4. *AnnE p. 155* Anno 1151 obiit Theodericus duodennis filius Theoderici comitis et
(*ChrE p. 155* Sophie cognomento Peregrinus.
minder)
5. *ChrE p. 135* 1186 Sophia abbatissa soror comitis Florentii abbatiam in Rines-
(= *AnnE* burch ultro deposuit.
p. 185)
- 7-10. *ChrE p. 71* 1125 Henricus imperator in Traiecto moritur et Lotharius dux
(= *AnnE* egregius (frater Petronille comitisse Hollandensis *alleen ChrE*)
p. 143) in regem eligitur, levatur et coronatur.
13. *oork. 1138* ... comitatum quendam Fresie nomine Hostrogowe et Westrogowe
(*Cart.* ... iniuste eidem ecclesie ablatum. ... Nunc ... sub predecessore
p. 127-9) nostro Lothario imperatore predicta ecclesia suo iure et predicto
comitatu caruit
16. *ChrE p. 72* 1127 Godeboldus episcopus Traiectensis morbo corripitur et mona-
(*AnnE p. 145* chus devote factus apud sanctum Laurentium in Oostbroec moritur
iets meer) et ibidem sepelitur.
20. *Cat. ep. Ultrai.* Godeboldus (15 annis, latere toevoeging) vixit in episcopatu; obiit
p. 492 autem anno Domini 1128.
Sterfdatum: Nocr. Dom 2 idus, maar Nocr. St Pieter en Oostbroek
zeggen: idus nov.

Caput 52

Post obitum ergo Florencii Crassi Theodricus filius eius ix^{us} Hollandie comes effectus, duxit in uxorem Sophiam filiam Ottonis de Rinegh comitis palatini, de qua genuit Florencium succedentem Hollandie principem, Ottonem de Benthem comitem, Balduinum pontificem, Theodricum antistitem, Peregrinum
5 presidem, Sophiam abbatissam, Hadewigim sanctimoniam et Petronellam pulcherrimam domicellam.

Hiis diebus, scilicet anno Domini mcxxv^o, Henricus imperator apud Traiectum egrotans decessit a valle presentis miserie, cuius intestina recondita sunt in medio chori maioris ecclesie, eodem tumulo solemnis loci, quo pridem
10 inhumata sunt viscera Conradi cesaris eius attavi gloriosi. Et Lotarius dux egregius, avunculus Theodrici comitis Hollandie, per principes illic electus est, qui dehinc in throno regio laudadiliter exaltatus est. Hic Lotarius abstulit comitatus de Oestergou et Westergou ab ecclesia Traiectensi, quos secundum antiqua privilegia concorporavit comitatui Hollandie(!).

15 Eisdem etiam temporibus estivalis siccitas in Francia tantum efferbuit, ut desiccatis fontibus, puteis et cisternis, fluminibus et lacis(!) flammeus ignis per rimas terre intraverit, qui nullatenus ad biennium extingui poterat.

Anno Domini mcxxviii^o Godeboldus episcopus morbo gravatus in Oestbroec habitum sacre religionis accepit, postquam Traiectensem pontificium annis
20 xv in pace rexisset. Qui deinde ii ydus novembris defunctus est ac in eodem monasterio satis honorifice tumulatus est.

Cap. 52

- 2 rinegh *G13* rinech *G2* reynegh *F* rennegh *A1* rinnegk' *A2* rinnegh' *C* ringegge *B* ringeghe *D*
4 balduinum *II* baldwinum *III*
13 oestergou et westergou *IIM* oestergow et westergow *A* oestergou *C* oestergo *D* oestergha *B*
14 *Het rijm kan men herstellen door te lezen* Hollandiensi
16 lacis *alle hss, alleen A4 heeft* lacubus
18 godeboldus *IIM* godelboldus *A12D13* godelbaldus *D2* godebaldus *BCD4*
oestbroec *A3* oestbroek *M* oesbroec *A12BCD* oistborch *F* oystbroic *G2* oestbroyk *G13*
19 pontificium *IIM* ecclesiam *III*
20 ydus *IIIFM* nonas *G*

Caput 53a

1. *Cat. ep. Ultr.* Andreas (latere toevoeging: de Kuyc) vixit in episcopatu 11 annis . . .
p. 492
1. *ChrE p. 73* 1128 Andreas Traiectensis episcopus efficitur.

Caput 53b

- 1-10. *ChrE p. 75* 1132 cum hyems esset valida, Theodericus comes nonus, filius Florentii Crassi, . . . Et quia tota Fresia glaciali rigore pervia erat, milites comitis . . . multos Fresonum secum captivos apportantes, ad comitem quasi victores reversi sunt. Sed hec victoria multis et pene toti Hollandie in perniciem ac in occasionem conversa est. Habebat enim comes fratrem, qui Florentius Niger comes dicebatur . . . gratiam . . . fratris Theoderici amiserat. Fresones vero discordiam fratrum gavisusunt et legatos Florentio mittentes . . . dominatum totius occidentalis Fresie promiserunt. Nec dubius adolescens ad eos secessit . . . Per annum . . . patrie eius insidias et damna cum Fresonibus machinatus est ecclesiam Alcmare . . . incenderunt . . .
 (= *AnnE p. 146*)
- 10-11. *ChrE p. 76* Nam . . . iungebantur illi et vulgus, nove potestatis naturaliter cupidum. Rustici . . . Florentio adhererent . . .
 (= *AnnE p. 146*)
p. 77
10. *Stoke II 200* Ende tmeeste deel van Kenemaren . . .
- 12-20. *ChrE p. 78* . . . nullo resistere valente . . . usque Harlem perduxerunt et una cum Fresonibus antiquorum comitum domos et cuncta circumcirca edificia vidente comite combusserunt. His pertinaciter gestis, quia Fresonum mos est nunquam vel rarissime extra suos terminos pernoctare, . . . redierunt et socios conspirationis in magno periculo reliquerunt. Nam . . . de eis comes, ut voluit, triumphavit. Dum hec geruntur fama discordie fraterne ad aures Lotharii regis avunculi eorum defertur, qui unum principum suorum ad eos direxit, precipiendo precipiens ut in pacem convenirent . . . Facta est igitur inter comitem et fratrem eius . . . pax integra . . . Sed modico tempore Florentius hac pace fructus est, qui non multo post gladio occisus est.
 (= *AnnE p. 147*)
p. 79

Caput 53a

Defuncto Godelboldo pontifice dominus Andreas natus de Kuyc xxv^{us} electus est episcopus, vir discretus, honestus, pius et pacificus. Hiis diebus Theodricus comes proavum suum in Hamerth occisum ulcisci desiderans, Hermanno de Kuyc ubique terrarum hostiles tetendit insidias, ita quod nullo
 5 pacificatore mediante treugarum obtinere posset inducias. Andreas autem episcopus per continuam interpellacionem demum interceptit antiquam altercacionis invidiam et per hunc modum inter utramque partem firmam elaboravit amicitiam, ut Hermannus pro anima Florencii comitis monasterium
 10 construeret et eciam per competentes prediorum possessiones dotare promitteret. Igitur eodem anno fundatum est monasterium in Insula Beate Marie Virginis, et allati sunt ibidem monachi de Lauduno Premonstratensis ordinis, qui sub monastica disciplina Deo devote servirent, et pro anima Florencii sanctis precibus exorarent.

Caput 53b

Anno Domini mcxxxiii^o, cum iam hyems brumali rigore foret horrida, et tota quasi Frisia glaciali ponte pervia, Theodricus comes cum plerisque bellatoribus in tubis tremulis et vexillis rutilis Frisiam introivit, econtra vero vulgus Frisie cum clavatis lanceis et peracutis venabulis viriliter occurrit. Demum uno et
 5 eodem die bis inchoato prelio multi Frisones interempti sunt, et Hollandie milites cum innumeratis captivis victoriose reversi sunt. Eisdem temporibus Florencius dictus Niger adversus fratrem suum Theodricum comitem rebellare disponens secessit ad Frisones, quorum auxilio succendit Alcmariensem ecclesiam et exinde quasi per totum annum vicinam
 10 infestavit Kinemariam. Cui similiter adiuncti sunt vulgares rustici, nove potestatis naturaliter cupidi. Qui eundem Florencium exustis antiquorum comitum habitaculis usque Harlem cum expeditione potentissima deduxerunt et extimplo circa noctis umbram versus Frisiam repedarunt. Theodricus igitur comes associatis sibi quibusdam armigeris confestim irruit super omnes
 15 Frisorum complices, de quibus pro suo beneplacito singillatim accepit obsides. Lotarius autem imperator amborum fratrum avunculus, huius discordie sinistram famam intelligens, quendam suorum principum ad Hollandiam transmisit, qui redivivam pacem inter adversantes fratres benivole reforma-

Cap. 53a

1 godeboldo *G* godebaldo *A3FBCD4* godelboldo *A12* godebaldo *D123*

1+4 kuyc *cet* kuic *FB* kijic *M*

3 thc̄ *A12* theo^{cus} *BD13* theodericus *FD4* theodricus *G* thicus *A3D2* th'icus *E* *Bij uitzondering hebben sommige hss hier de naam niet afgekort.*

hamerth *A1M* hamerch *IIA23C* hammert *D* harmac *B* vgl. 46 reg. 7 *Hoewel de meeste hss hier op -ch wijzen, is de door Beke geschreven vorm hier in A1 bewaard of hersteld.*

7 firmam elaboravit amicitiam *IIBM* firma elaboravit amicitia *cet*

11 allati *IIBM* illati *cet*

30. *ChrE p. 80* Cuius necis hec causa est. Godefridus de Kuk et Hermannus de Arnesberch (*AnnE*: Godefridus et Hermannus) nobiles viri et famosi neptem ex sorore Aleyda habuerunt, filiam Arnoldi de Rothen nomine Heilwivam, quam post occisionem patris et obitum matris eius Hermannus avunculus in sua susceperat. . . . Sed ministeriales iuencule Florentii probitatem audientes hoc consilium inierunt ut eum dominum eligerent et puellam eius coniugio copularent. . . . Preterea instanter cum eo puellam ab avunculo Hermannno ut coniugio sociaretur requisierunt. Quod ille penitus abnuvit . . . Ille vero, fratris Godefridi et maxime Traiectensis episcopi Andree fretus auxilio militum non parvam multitudinem collegerat, sed eadem que sibi parabat Florentio machinari non minus sollicitus erat. Traiectenses autem pro respectu comitis Theoderici tum pre timore regis Lotharii, Florentii partibus favebant et auxilium pro posse conferentes, ingressum civitatis et agressum . . . iuveni offerebant.
- p. 81*
- p. 82*
- ChrE heeft in de uitgave: fruitus met noot 1: fretus*
32. *ChrE 81* Florentius autem cum suis omnia illius incendiis et gladio devastavit, (= *AnnE 1132*) multisque eum adiuvantibus
p. 147
- 28-32. *Stoke II 297* Die van Utrecht van der stede
Warens alle Florens mede,
Sodat hem in sijn uplopen
300 Utrecht talre stont was open.
Maer de bisscop, hiet Andries,
Was den anderen al hout dies,
Sodat hem Florens ter stonde
Ofbernde zine veste Lexmonde.
32. *ChrE p. 81* Qui urbem episcopi Lakesmunde incendio devastavit.
(= *AnnE 1132*)
p. 148)
- 39-50. *ChrE p. 83* Cum vero die quadam Florentius civitatem cum decem tantum (= *AnnE*)
1132 militibus, nihil insidiarum vel adversitatis suspicatus, exisset, subito visus et circumseptus a duobus predictis fratribus est, qui cum multa manu militum eo nesciente ad urbem venerant et dum fugere et redire in urbem conaretur et posset, pes equi in loco qui dicitur Abbenstade lapsus est et ipse corruit et ab illis occisus est. . . . confestim legatus qui hoc regi Lothario nunciaret missus est. Qui nimis egre mortem eius accipiens Hermannum et Godefridum adiuvante comite Hollandensi domo et patria expulit fugacesque et excules fecit, mortemque nepotis competenter ultus fuisset, si mors non eum ad magnam felicitatem istorum rapuisset. Statim enim ad sua reversi et homines comitis Theoderici facti in amicitiam et pacem reversi sunt.
- 45-47. *Stoke II 332* Haer lant voeren si verherghen,
Sodat hem al of wort tebroken . . .

- vit. Denique tali sopita discordia Florencius secundam contencionem recenter
 20 inceptit, pro qua sub brevi tempore peremptus fuit.
 Godefridus namque de Arnsberch ac Hermannus de Kuyc famosi comites et
 dilecti fratres neptim habuerunt Heylwigim, ex Adelheydi sorore sua ac
 Arnolde de Rothem procreatam, quam idem Hermannus tanquam avunculus
 post obitum utriusque parentis accepit in tutelam. Ministeriales vero iamdictæ
 25 iuencule Florencii probitatem intuentes, decreverunt omnes eidem homagium
 exhibere ac ipsam puellam suo matrimonio copulare. Sed Hermannus auxilio
 Godefridi comitis et Andree pontificis contractum matrimonii consentire
 rennuit, ac eidem Florencio pro posse suo viriliter opposuit. Traiectenses
 autem tum timore Lotarii cesaris, tum amore Theodrici comitis, ipsi Florencio
 30 civitatis ingressum et egressum indulserunt, cui similiter opportunum auxilium
 multis vicibus asportarunt, ita ut idem Florencius episcopale presidium in
 contumeliam Andree pontificis potenter incenderet et villam Lakesmonde
 violenter exureret. Hermannus vero comes hiis actis excogitavit ipsum Floren-
 cium per insidias clam apprehendere, cui per patentes inimicicias nequivit
 35 aliquo modo resistere, qui penes suburbana civitatis per diversas latebras
 abscondens armigeros in opaco noctis conticinio, prestolabatur Florencium
 egressurum ad assuetas venaciones cum suo iuvenili sodalicio. Igitur cum
 aurore iubar rutilantem fulgorem terris infunderet, et pruina gelu superfi-
 ciam terre constringeret, Florencius iunctis sibi x proceribus falconistis
 40 gloriose civitatem exiit ac eo nesciente laqueum insidiantium mox incidit.
 At ille festinanter laxatis frenis ad civitatem redire cupiens in Abbenstede
 corruit una cum dextrario, quem insequentes hostes confestim occiderunt in
 livore nimio. Lotarius autem imperator mortem nepotis sui dolenter accipiens,
 Hermannum de Kuyc dictante sententia principum dignitate nominis sui
 45 privavit, qui pridem ubique terrarum comes appellatus fuit. Theodricus vero
 comes in vindictam fratris sui terram de Kuyc potenter intrans eversis castris
 et exustis villis eandem dicionem in solitudinem redegit ac Hermannum ad

Cap. 53b

- 1 hyems *IIBD* yems *A3* hyemps *A12C*
 8 comitem *II ontbr III*
 disponens *III* disposuit *II*
 20 inceptit *IIM* concepit *III*
 pro qua sub *IIMA* sed in *BCD*
 peremptus fuit *cetM* interemptus est *G*
 22 heylwigim *BD134G* heywigim *F* heylwighim *A1* heilwighim *A2* heylwegim *A3* hilwigim *D2* heyl-
 wijgam *M*
 adelheydi *IIM* aleydi *A1D* aleidi *A23BC*
 23 rothem *MD4* rochem *cet bron*: Rothem
 27 matrimonii *IIIFM* matrimonium *G*
 28 rennuit *III* renuit *F* noluit *G*
 33 ipsum *IIM ontbr II*
 41 abbenstede *M* abbenscede *II* absteden *III*
 42 confestim *IIM* consequenter *III*
 43 *Achter* nimio heeft *F* vii kal. novēb', wat de juiste datum kan zijn (*Fontes Egm.*, 149, noot f). De
 datum kan echter wegens het rijm niet tot de grondtekst behoren, maar misschien is op deze wijze een
 kanttekening bewaard.

- 51-57 *oork. 1134* Fulcoldus de Berna, vir liber et dives . . . ipsam Bernam . . . abbati
(*Fremery* Rodberto de Insula ejusdem beate Marie . . . Abbas autem . . . ex
nº 5) canonicis suis abbatem idoneum excipiens, superaddictis ei conservis
et commilitonibus Dei, predicte Berne . . . imposuit, ecclesiamque
illam . . . nostro regimini et obedientie sustinuit . . .
- 60-62. *Cat. ep.* Andreas de Kuyc vixit in episcopatu 11 annis et obiit in vigilia
Ultrai p. 482 Johannes Baptiste.
Necrol. 9 kal. iulii (= 23 juni)

Caput 54a

- 1-2. *Narr. c. 2* Dominus Harbertus pie memorie Traiectensis ecclesie vicesimus
(*p. 2-3*) quintus episcopus . . . de Frisia oriundus, id est de Beron. . .
- 3-4. *c. 3 (p. 3)* Harbertus vero episcopus ex quadam necessitate Romam proficis-
cens et inde feliciter rediens, Groninghe propter quosdam sediciosos
in malo statu invenit.
- 5-10. *Narr. c. 3* Ad quorum correpcionem ipsum oppidum potenter intravit et illos,
(*p. 3*) qui armata manu se de ecclesia beate Walburgis defendebant, per
machinas, sicut hodie in muris apparet, inpugnavit et eos qui de
ecclesia domum belli fecerant captivans omnes cives iurare compulit,
ne vel similia deinceps contra episcopos attemptarent vel eciam
ipsum oppidum muro cingerent.
- 11-12. *Narr. c. 2* . . . duos fratres carnales habuit, videlicet Ludolfum et Leffardum;
(*p. 2*) quorum exaltacioni intendens maiori prefecturam in Groninghe et
minori castrum Covordie et iurisdictionem Trente et eius attinencia
feodaliter donavit. . .
- 12-14. *p. 3* Et nota quod usque ad hec tempora episcopi pro sua voluntate
omnia predicta suis nunciis et villicis sine omni contradictione com-
mittebant.
Suis eciam temporibus ministeriales ecclesie super Tuentam prope
Homersem in loco qui Walstad dicitur gravissimum conflictum
fecerunt cum Ottone comite palatino Reni, qui Benthem possidebat,
et eum tandem vicerunt et ceperunt.

- exteras partes et provincias effugavit. Novissime quidem post obitum Lotarii cesaris Hermannus Theodrico comiti prestans homagium ad sua reversus est
- 50 et Andreas in pontificio condigne restitutus est.
- Eodem anno Fulcoldus quidam miles complex, ut dicitur, in necem Florencii iuvenis, effugiens una dierum insidias Theodrici comitis transnavavit cum palefrido suo torrentem Mose fluminis, qui nimirum de mortis evasione gaudens, edificare cepit de castro suo quod Berne dicitur conventualem ecclesiam,
- 55 tam pro reconciliacione quam pro gratiarum actione, ubinam adducti sunt religiosi viri Premonstratensis ordinis, qui pridem plantati fuerunt in Insula Beate Marie perpetue Virginis.
- Eodem anno presul Andreas amovit xii presbiteros Stavriensis ecclesie propter eorum demeritum, adducens ibidem ab Oestbroec utriusque sexus conventuale collegium. Qui Traiectense pontificium ad xi annos honeste regens, anno
- 60 Domini mcxxxviii^o, ix kalendas iulii requievit in Christo, sepultus cum reverendis pontificibus in Traiecto.

Caput 54a

- Post obitum Andree pontificis Hardbertus xxvi^{us} substitutus est episcopus, vir constans et in ecclesiastica disciplina multum fervidus. Hic de Beron ortus Romanam curiam pro quibusdam causis necessariis adiit, ac in reversione gravem sedicionem in Trenta repperit. Oppidani namque Groningie tumultuantes alterutrum muniverunt ecclesiam beate Walburgis in modum castrum cum excelsis propugnaculis, decertantes ex ea sagittis, saxis et fundibulis. Episcopus ergo pro tali tumulto Gruningiam festinanter adiens, sediciosos viros ab eadem ecclesia tormentis absterruit, quos omnes sub sacramento iurisiurandi vovere compulit, ne deinceps domum Dei domum belli facerent, aut ipsum
- 5 opidum munimento muri cingerent. Sed idem episcopus in dampnabile gravamen tocius episcopatus geminos fratres suos exaltare desiderans, dedit in feodum uni prefecturam Groningie et alteri castellanatum Kovordie. Nam antea pontifices aut per seipsos aut per suos villicos eadem dominia iudicaverunt ac in eis nemine molestante cuncta libere dispensarunt.

49 homagium *cetM* omagium *A12F*

50 restitutus *cetM* constitutus *AG*

condigne *cetM* *ontbr G*

56 plantati *CDGM* planati *F* transplantati *AB*

57 perpetue *cet* *ontbr AGM*

virginis *IIIF* *ontbr G*

58 amovit *F* ammovit *GABCM* ammonuit *D*

59 ab *IIIM* *ontbr F* de *G*

oestbroec *GD13* oestbroyc *M* oesbroec *A12D24* oesbroeck *A3* oestbrych *C* oistbroic *F* oesterbroec *B*

Cap. 54a

1 hardbertus *III* hadbertus *F* hartbertus *G* vgl 54d reg. 9

7 ergo *II* igitur *A* autem *BCD*

13 aut per suos *G* aut suos *F* vel per suos *ACD3* vel suos *BD124*
villicos *GAB* bellicos *F* milites *CD*

Caput 54b

1-5. *ChrE* p. 91
(= *AnnE*
p. 153)

Palatinus item comes Otto de Rinekke, filius Ottonis et Gertrudis comitisse, frater Sophie comitisse Hollandensis (*AnnE* Holtlandensis), fines ecclesie Traiectensis invadere et devastare solitus erat nec ei quisquam resistere poterat . . . Episcopus ei cum paucis militibus nec ipsis bene armatis occurrit, quos Hugo Butirum fortissimus Teutonicorum militum ductitabat et impetu facto in hostes alios occiderunt, alios ad fugam et latibula in silvis compulerunt . . .

5. *Narr.* p. 3
zie *blz.* 106

prope Homersem. . . .

8-9. *ChrE* p. 82
(*Ann. Egm.*
1143 p. 153)

Occisus ibi pluribus nobilibus partis Palatini, Otto comes de Bilke cum aliis gladio corrui. Palatinus etiam captus . . . ab episcopo defensus et incolomis servatus ductusque Traiectum et captivitate levissima per tempus detentus.

Caput 54c

1-32. *ChrE* p. 90
(= *AnnE*
p. 153)

. . . Theodericus filius Florentii Crassi . . . post multas hostiles incursiones et utriusque partis dampna et pericula ad hoc pontificali auctoritate per bannum perduxit, ut discalciatus ad genua eius procideret et indulgentiam petens emendationem promitteret.

Cap. 54c

- 3 potestatis sue *cetM* sue potestatis *A* potestatis *G*
6 muros *cetM ontbr CD*
impingeret *cet* impugnaret *M* infringeret *AB*
7 respergeret *cetM* dispergeret *A*
8 autem *cet* quidem *CDM*
sufficientem *cetM ontbr A*
10 suis ovibus *IIIM* ovibus suis *II*
audacter *IIIM* audaciter *II*
12 dictus presul *cetM* dum presul *B* presul predictus *G* beatus presul *A*
15 ascenderent *AMB* descenderent *GCD* deffenderent *F*
16 seipsum *cetM* seipsum *A*

Caput 54b

Eisdem diebus Otto palatinus comes de Rinegh castellanus in Benthem sororius Theodrici comitis Hollandie Tuentam devastare studuit, nec ipsi quispiam ex parte pontificis obstare potuit. Episcopus autem econtra paucis aggregatis equitibus, quos Hogo Butirum fortissimus Teutonicorum ducitare presumpserat, eidem palatino penes Homershem in fremitu vociferantium et sonitu tubicinantium occurrit et cum eodem palatino campestre bellum egit. Sed plurimis ex parte palatini peremptis et multis infra silvarum latibula fugatis, Otto de Bilke comes occisus est, et Otto palatinus exhinc in dedicionem transiens Traiecti transmissus in captivitate iocundissima reservatus est.

Caput 54c

Igitur Theodricus comes audiens precordiale sororium suum in prisione detentum et ipsius exercitum ab episcopo fore superatum, robur tocius potestatis sue contraxit, milites stipendiarios eduxit, civitatem obsidione cinxit, papiliones in girum erexit et manganas ad urbis interitum terribiliter adaptavit. Cum autem ad assultum civitatis preparata forent omnia, et erecta starent instrumenta valde terribilia, quibus idem comes muros impingeret, mansiones contereret et flammigerum rogam hinc inde respergeret, episcopus autem contra tantum exercitum non habens sufficientem rebellandi copiam, sed potius imminentem necessariorum indigenciam, excogitavit ut pastor bonus corpus et animam pro suis ovibus audacter exponere et civitatem suam a duris insultibus instanter eripere. Quapropter universo clero convocato simul et populo, dictus presul sermonem utrimque faciens, precepit per excommunicationis et decollacionis sentenciam laycali populo, quod ipso die portas urbis exire non presumerent, sed magis pro defensione civitatis cacumina murorum ascenderent. Qui statim cum omni clero spiritualem armaturam induit, valvas urbis cum vexillis cruce signatis exiit et tam seipsum quam suos imminenti martirio constanter exposuit. Igitur universus clerus secundum sui gradum ordinem processit in albis, quem idem antistes novissime sequebatur in pontificalibus ornamentis, fulmineum ignem gerens in manibus, ut ipsum comitem anathematizaret cum suis complicitibus. Et ecce tumultus ingens oritur in castribus forensibus, nam et Hollandrini visis vexillis et viris candidis estimaverunt

Cap. 54b

- 1 diebus *IIIFM* temporibus *G*
rinegh *GM* reynegh *F* rimech *A* renegge *B* ringe' *C* ringeghe *D*
2 tuentam *FD123M* twentam *A* trentam *BCD4*
4 butirum *IIA3BD* butyrum *A12M* byturum *C*
5 homershem *M* homerschem *F* hoetmerschem *G2* hoetmershem *G13* hemschem *A12D2* homshem
A3CD3 honishem *D14* open plek *B*
8 bilke *F* bichle *G23CD234* bickle *D1* bethle *B* bicle *A13* biole *A2* Dit doet bichle in apograaf *I*
veronderstellen, zodat de juiste lezing van *F* (*AnnE* Bilke, d.i. *Bilk* bij *Düsseldorf*) aan toeval te danken is.

36. *ChrE p. 83*
(= *AnnE*
p. 153) . . . per tempus detentus liber exivit, cum promississet ecclesie sancti Martini se ulterius non nociturum.
- 37-38. *Narr. c. 2*
(*p. 3*) Qui taliter cum ecclesia composuit, quod ipsum castrum et suam proprietatem beato Martino contradidit et in feodo recepit . . .
- 38-40. *AnnE p. 153*
(*ontbr.*
ChrE) Sed paulo post a comite Hermannno de Staleke . . . indigna morte occisus est, vir . . . venustate mirabilis . . .
40. *Narr. c. 5*
(*p. 7*) . . . comitem Hollandie Florencium . . . et Ottonem comitem de Benthem eciam fratrem suum.

Caput 54d

- 1-4 *ChrE p. 85* 1138 . . . Eodem anno comes Theodericus Iherosolimam perrexit et in eodem itinere Romam veniens tam vice sua quam matris sue Petronille monasterium Ekmundense atque Rinesburgense beato Petro apostolorum principi proprietario iure obtulit . . .
- 3-9. *oork. 1140*
(*Fontes*
p. 229) Innocentius episcopus . . . Nobilis vir Thiedericus comes de Hollant Ierosolimam proficiscens nostram presentiam adiit . . . Ekmundense monasterium atque Rinisburgense beato Petro apostolorum principi . . . proprietario iure obtulit atque contradidit. Et nos igitur, . . . eadem loca venerabilia in proprietatem atque protectionem sancte ecclesie Romane suscipimus eaque cum omnibus suis pertinentiis presentis scripti patrocinio communimus. . . . Ad inditium autem quod eadem monasteria beati Petri iuris existant, singulis annis tam tu quam successores tui quatuor solidos Fresingensis monete nobis nostrisque successoribus census nomine persolveteis.
- 9-12. *oork. 1143*
(*Fontes*
p. 232) Hardbertus Dei gratia Traiectensis episcopus . . . privilegium domni Innocentii II pape ad eandem ecclesiam destinatum fecimus legi . . . confirmavimus . . . fratribus cenobii Ekmundensis . . .

- episcopum machinare bellum cum armatis civibus. Nec mora quin Theodricus comes imperaret econtra tubis horronis clangere, cornibus metallinis prestrepere, rutilancia signa tollere et episcopali cuneo certatim occurrere.
- 25 Hollandienses autem populi, pro committendo prelio proximotenus accedentes, inspexerunt clerum inermem, pacem potius quam discordiam exquirentem, qui nimium ammirari ceperunt constantem animum eiusdem pontificis, manus suas unanimiter continentes ab effusione sanguinis. Theodricus itaque comes hiis agnitis in se reversus erubuit et de proposito male voluntatis compunctus ingemuit, qui statim abiciens pilum fraxineum, galerum splendidum, leoninum clipeum et paramentum aureum, discalciatus flexis genibus expetivit veniam, orans ne fulminaret in eum excommunicationis sententiam. Episcopus autem penitentem comitem gratanter erexit, quem cum osculo pacis in reconciliacionem accepit. Denique predicti principes inspirante Deo fideles amici facti sunt, et cunctis diebus vite sue perpetue dilectionis vinculo connotati sunt. Nam et idem pontifex extunc Ottonem palatinum amore Theodrici comitis a prisione relaxavit, et ipse palatinus castrum suum de Benthem beato Martino tradens in feodum ab ipso reaccepit. Modico quidem dehinc elapso tempore dictus palatinus vir mire venustatis ab Hermanno comite de Stalik indigna morte peremptus est et Otto de Hollandia filius sororis sue comitatum de Benthem hereditarie suscipiens castellanius effectus est.
- 30
- 35
- 40

Caput 54d

- Anno Domini mcxxxviii^o Theodricus comes Hollandie Iherosolimam peregre proficiscens ac anno sequenti versus Ytaliam revertens, domini pape presenciam adiit, ubi sub annuali tributo iiii solidorum frisingensium beato Petro tam Egmondense monasterium quam Reynsburgense cenobium obtulit, quod sui progenitores a fundamentis superedificaverunt, et regalibus prediis multum honorifice dotaverunt. Dominus autem Innocencius papa nominis huius secundus extunc eadem venerabilia loca cum suis possessionibus habitis et habendis in proprietatem ecclesie Romane suscepit et ea cum speciali libertatis et exempcionis privilegio communivit. Hardbertus autem episcopus executor huius gracie veniens ad Egmondam apostolicum privilegium in eadem ecclesia legi fecit et quantum in eo fuit per patentes suas literas roboravit.
- 5
- 10

25 populi *cetM* populus *A*
 29 compunctus *IIIFM ontbr G*
 30 pilum *cet* pilleum *BD*
 34 reconciliacionem *M* reconsiliacionem *cet*
 38 ipso *cetM* episcopo *A*
 39 stalik *A12* scalik *G13CD134* scalick *A3D2G2* stalick *F* staleke *M*

Cap. 54d

3 frisingensium *cet* frizenen̄ *B* sterling *C A*
 4 reynsburgense *GBA3* reinsbergense *F* rensborghense *A12* rinesburgense *CD134* reynsburgense *D2*
 8 proprietatem *cet* proprietate *A*
 9 hartbertus *IIA* hardbertus *BCD* *vgl. 54a reg. 1 en 55a reg. 1*

Caput 54e

- 1-10. *ChrE* p. 94
(= *AnnE*
p. 154) 1148 Incendio maximo civitas Traiectensis flagravit, et templum venustissimum sancti Martini . . . combustum est cum aliis tribus congregationibus, scilicet sancti Pauli, sancti Iohannis Baptiste, sancti Petri. Sancti autem Salvatoris, quod et sancti Bonifacii templum, sicut veraciter dicitur, mirabili eventu gratia Salvatoris conservatum est. Est autem capella contigua templo eidem in honore sancte Crucis consecrata, quam incendium cum omnibus que intus continebantur consumpsit, excepta imagine Salvatoris in qua hoc miraculum contigit, quod patibulum combustum est et clavi, sed imago tota sine lesione permansit. Quam clerici cum populo magna suscipientes devotionis reverentia ad templum de capella transtulerunt . . .
- 10-12. *Cat. ep. Ultrai.*
p. 492 Herbertus vixit 11 annis in episcopatu, tempore cuius ecclesie, capelle et domus pro maiori parte civitatis Traiectensis incendio consumpte fuerunt; et quidem ymago Crucifixi, capella sancte Crucis arsa, in eadem tum capella locata, inusta permansit . . . accidit autem istud incendium anno Domini 1148.
11. *ChrE* p. 95
(= *AnnE*
p. 155) 1150 Herbertus episcopus Traiecteniss obiit.
11. *Ann. S. Marie*
p. 480 1150 Obiit Herbertus episcopus 3 id. nov.

Caput 55a

- 1-15. *ChrE*
p. 95-99
(*AnnE*
p. 155) Post cuius obitum de eligendo episcopo grandis discordia tam inter clericos quam inter laicos facta est, aliis Fredericum (*Ann*: Frithericum) de Hovele (*Ann*: Hûvele), aliis Hermannum prepositum s. Gereonis de Colonia eligentibus. Comites siquidem ecclesie homines Gelrensis Henricus, Hollandensis (*AnnE*: Holtlandensis) Theodericus Hermannum investiri instantissime laboraverunt. Omnes autem ministeriales et cives Traiectensis civitatis et Davantrie et omnes agricultores et cuiusque officii homines Frederico devotissime faverunt, adeo ut rerum suarum dispendium, immo vite periculum pro eo subire non dubitaverint. Sed pars nobilium ut solet alteram depressit, et comes Hollandensis bellica manu Hermannum in episcopium introduxit. Deinde uterque episcopus cum suis fautoribus Leodium ad cardinalis iudicium pervenit. Cuius iudicio Fredericus reprobatus, Hermannus investitus est, Conrado etiam rege parti ipsius consentiente.
- Sub cuius temporibus, quia lenis et nimium simplicis animi erat, cedes mutue civium et homicidia, etiam in presentia eius, fiebant; nec iudicia facere, nec Traiectenses qui non nisi duris umquam constringi poterant prelati, coercere potuit.

6 hûvel *A12D134* huvel *G43D2* hovel *F* hûnel *C* hōnel *B*
10 discordanter *cet* discordantes *B ontbr A*
13 hic *IIA* qui *BCD*

Caput 54e

Anno Domini mclxlviii^o civitas Traiectensis inextinguibili choruscabat incendio, et plures ecclesie, videlicet beatorum Martini, Petri et Pauli et Ioannis eodem cremate sunt excidio. Templum autem sancti Salvatoris eventu miraculi permansit inustum et altare beati Stephani Prothomartiris ubique servabatur illesum. Est autem capella primordialis contigua templo sancti Salvatoris, edificata tempore beati Clementis in honore sancte Crucis, quam edax flamma cum omnibus infra contentis favillatenus exussit, verumptamen ymago sancti Salvatoris incombusta permansit. Hanc igitur sacrosanctam ymaginem clerus et populus devocionis honorificencia condigne susceperunt, quam ad vicinam ecclesiam cum ymnis et psalmodiis transportarunt. Hardbertus autem episcopus anno Domini mcl^o iii ydus novembris migravit ad Christum, postquam annis xii Traiectensem rexisset episcopatum. Hic tumultus in ecclesia Traiectensi requievit, qui dudum comitatus Oestergovie et Westergovie de manu Conradi regis reacceptit.

Caput 55a

Defuncto quidem Hardberto sicut predicatur episcopo, gravis discordia suborta fuit in capitulo. Principales namque vasalli Traiectensis ecclesie, videlicet Theodricus Hollandie, Henricus Gelrie et Theodricus Clivie magnifici comites Hermannum de Horn prepositum sancti Gereonis Coloniensis pecierunt in episcopum promoveri, cives autem Traiectenses et Davantrienses cum agricolonis exoraverunt Fredericum de Havel in pontificem exaltari. Sed violenta pars nobilium partem suppressit civium et Theodricus Hollandie comes rebellanti manu Hermannum duxit in possessionem episcopii, subiciens ipsi potestatem omnis adversantis populi. Demum transacto biennio cardinalis quidam a latere pape delegatus citavit utrosque discordanter electos ad Leodium, ubi prefatus Hermannus per eundem cardinalem et regem Conradum adeptus fuit pontificium. Hic Hermannus fuit homo levis animi, in cuius presencia sepe contingebat strages homicidii, nam et burgenses non potuit ab intestinis bellis prohibere et ministeriales nequivit a consueta rebellione refrenare.

Cap. 54e

- 1 coruscabat FA1CD choruscabat GA2B choruscacione choruscabat A3
 4 permansit cet mansit G
 6 beati cetM ontbr AB
 10 ymnis cetM hnis F ympnis D4
 Hardbertus III Harbertus II Harbertus M
 13 ostergovie et westergovie IIIM ostergovie F oestergou et westergou G

Cap. 55a

- 1 quidem cet igitur G2 ergo G13
 herberto FG3A1B hardberto A2D hartberto CG12 harberto A3 Hier kan men ook harberto als auteurslezing aannemen.
 4 horn FA12C horii B hoern A3D huern G
 6 fredericum cet frithericum F (bron frithericum de Hüvele) frethericum M vgl. 25a reg. 2

Caput 55b

1. *AnnEp. 156* Anno 1152 . . . Eodem anno mirabile signum circa lunam plenam media nocte apparuit xi kal. aprilis, scilicet circulus magnus late lunam ambiens, . . . in modum arcus pluvialis coruscus, et a luna usque ad circulum quatuor radii eiusdem splendoris in modum crucis extendebantur, et tam in circulo quam in radiis stelle apparebant . . .
4. *ChrE ms Wilh. Proc. interpolatie (Matth. Anal. II p. 462 = Kluit p. 122 noot)* Huius tempore per xv annos magni terre motus fuerunt per loca, ita quod civitas Antiochena, Tripolis et alie civitates quamplurime sunt everse et plus quam xx milia hominum suffocavit.
7. *ChrEp. 102 = AnnE p. 164* 1155 Fresones de Drechterne fines comitatus Hollandensis invadentes, villas quasdam exusserunt; inde procedentes ad villam que Sanden dicitur pervenerunt. Quibus occurrentes milites pauci de Harlem et villa de Okesthorpe in fugam eos compulerunt et festinantes ad sua, infinitam multitudinem scilicet circiter nongentos homines sine defensione peremerunt.
AnnE staat Saden, wat Fontes p. 293 wordt verklaard met: Zanen, gem. Haarlem? Het is zeer wel mogelijk, dat Beke een naam gebruikt die hij niet plaats en kan. Men zie ook Homershem.
12. *ChrEp. 103 (= AnnE p. 164)* 1156 Sequitur e vestigio mors subitanea episcopi Traiectensis Hermanni.
12. *Narr. c. 3 (p. 4)* . . . dominus Hermannus in episcopum electus tribus annis et dimidio ecclesiam sine magnis laboribus vel expensis rexit . . .
Beke heeft dus de regeringsjaren zelf uitgerekend.

Caput 55b

Anno Domini mclii^o xi kalendas aprilis circulus magnus late plenam lunam ambiens, coruscus ut arcus pluvialis, apparuit circa mediam noctem, ac a luna iiii radii splendoris eiusdem in modum crucis extendebantur ad circulum; stelle nichilominus tam in circulis quam in radiis illuxerunt. Terremotus
5 ingens ad xv annos fuit, qui Tripolim, Damascum et Antiochiam omnino destruxit. Porro civitas Cathanensis penitus eversa est, in qua multitudo maxima promiscui sexus hominum ad xx millia suffocata est.

Anno Domini mclv^o Frisones de Drechter finitimos Hollandie pagos cum rapinis crudeliter invaserunt, villam de Zanden exurentes, et abinde predam
10 diverse supellectilis asportantes, milites autem de Harlem acerrimi bellatores cum villanis de Oxdorp illis viriliter occursarunt et occisis nongentis Frisonibus ad Harlemense presidium honestissime redierunt. Anno Domini mclvi^o presul Hermannus obivit in Domino, postquam sex annis Traiectensi prefuisset episcopio. Qui vi kalendas aprilis defunctus est et in ecclesia Traiectensi consimi-
15 liter inhumatus est.

Cap. 55b

2 plenam lunam ambiens III lunam plenam ambiens M plenam abiens F plenus ambiens G12 plenus ambiens G3

6 cathanensis FAG1M chatanensis G2 chatanensis G3 chananensis CD open plek B

M heeft reg. 4-7 een tekst, die wel van Beke's bron zou kunnen zijn: Hiis autem temporibus per quindecim annos magni terremotus fuerunt per loca, ita quod civitas Anthiocena, Tripolis, Damascus et civitas Cathanensis et alie civitates quamplurime omnino sunt everse, et plus quam xx^{ti} milia hominum inde perierunt; ettunc in Cicilia mare retrogradum quinque milia hominum suffocavit.

9 villam cetM villas C

de Zanden G de Zandem F de Zande A12B de Sande A3 de Zaenden M ontbr CD (bron=Sanden)

11 oxdorp M (kan wel latere verbetering zijn, zodat de volgende lezing die van apograaf I is) exdorp cet oudorp A3 bron: Okesthorpe Met het volgende woord samengesmolten tot exdorpillis D, deze beide woorden ontbr B

14 consimiliter cet similiter A

Caput 56

1. *Narr. c. 3* Isti successit episcopus Godefridus, vir nobilis et magnanimus.
(*p. 4*)
- ChrE p. 103* Cui successit Godefridus, qui sine discordia aliqua investitus est,
(=*AnnE* quia imperatoris Frederici Traiecti consistentis presentia werram
p. 164) fieri non permisit.
5. *ChrE p. 105* 1157 Theodericus comes Hollandie nonus filius Florentii Crassi
(=*AnnE* comitis et Petronille obiit, cui successit Florentius filius eius.
p. 164) *AnnE*: obiit hoc anno nonas augusti, cui . . .
8. *ChrE 129* 1176 Obiit Sophia comitissa Hollandensis. Hec relicta omni frequen-
(=*AnnE* tia cognate nobilitatis pro Christo exulans, tertio postquam Iherosolimis est profecta ibidem moritur et ad hospitale quod est Theuton-
p. 183) nicorum sepelitur. Huius nobilissime matrone qualis apud Deum et homines conversatio fuerit, . . . cuius meritum quale fuerit apud Deum, vel in hoc miraculo perpendi potest, quia cum in reditu esset vie sancti Iacobi, incidit in latrones, qui . . . cum occidere temptassent, minime potuerunt . . . unde latrones in admirationem conversi tanti reatus veniam pedibus eius prostrati rogaverunt, et ipsa rei eventum admirata, quod petebatur clementer indulsit.

Caput 57a

1. *ChrE p. 109* 1162 Florentius comes Hollandie decimum sororem (*AnnE*: uitge-
(=*AnnE p. 168*) krabd en vervangen door: filiam) regis Scottorum nomine Ada . . . duxit uxorem.
4. *ChrE p. 196* fratri suo Florentio et . . . prepositis.
(=*AnnE* *p. 200*)
4. *ChrE p. 110* Florentius comes filius Theoderici comitis . . . cum fratre suo Rob-
(=*AnnE* berto . . .
p. 169)
5. *ChrE p. 133* 1182 . . . Theodericus comes de Cleve filiam comitis Florentii et
(=*AnnE* comitisse Ade Margaretam nomine uxorem duxit . . .
p. 184)

Caput 56

Post obitum Hermanni presulis Fredericus imperator Traiectum descendit, et discordem electionem capituli sapienter interceptit. Per cuius instanciam Godefridus de Renen maior prepositus xxviii^{us} electus est episcopus, vir multum gloriosus et magnanimus.

- 5 Hiis diebus, scilicet anno Domini mclxiii^o (!) nonas augusti Theodricus comes in pace quievit, qui comitatum Hollandie xxxvi annis valde strenue gubernavit. Hic Egmonde tumulatus est infra templum monasterii (!), qui paulo prius impetraverat exemptionis privilegium. Sophia vero veneranda comitissa in oracionibus, elemosinis et ieiuniis indefessa veraciter fuit sancta, per quam
- 10 Deus operatus est miracula eciam in ipsius vita. Nam et hec divina matrona viam peregrinationis ad Sanctum Iacobum semel arripuit et per casum infortunii clam latrones incidit, qui eandem tota vi nitebantur occidere et clenodia sua violenter abstrahere. Sed hii predones Deo iudicante meritis beati Iacobi stabant immobiles, nihil adversitatis sibi quomodolibet inferre valentes, ac
- 15 eandem virtute divina munitam attingere formidantes; quo viso miraculo predicti nequam demum gementes postulaverunt ab ea veniam, pro quorum absolucione benedicta mater exoravit omnipotentis Dei misericordiam. Hec Deo dilecta femina iam tercio Iherosolimis profecta est, que ibidem vi kalendas octobris in Domino feliciter obdormiens ad hospitale Teutonicorum in
- 20 Iherusalem tumulata est.

Caput 57a

Defuncto Theodrico comite Florencius filius eius x^{us} comes effectus, duxit in uxorem Adam filiam Henrici prepotentis regis Scottorum, de qua genuit Theodricum succedentem comitem Hollandie, Wilhelmum comitem Orientalis Frisie, Florencium prepositum Traiectensis ecclesie, Robertum presidem

5 Kenemarie, Beatricem, Elizabeth, Adelheydim et. Margaretam comitissam Clivie.

Cap. 56

2 per cuius instanciam *cet* ob cuius instanciam *B onibr A*

4 gloriosus *cet* gloriosus constans *F*

5 1163 *cet* mclvi *F* De bron heeft 1157, wat Beke moet hebben geschreven: 1121 tot 1157 is 36 jaar. Het bericht ligt tussen 1156 en 1160 (55b reg. 12 en 57b reg. 1)

7 Wegens het rijm zal moeten worden gelezen monasterii templum

17 mater *cet* matrona *G*

Cap. 57a

2 filiam is in *AnnE* verbeterd i.p.v. sororem, wat in *ChrE* staat. Ook *Stoke* heeft, II 470, dochter. De naam *Hendrik* staat in geen bekende door *Beke* gebruikte bron, maar er zal te *Egmond* ergens een aantekening zijn geweest met deze naam.

scottorum II scotorum III

4 presidem *cet* prepositum presidem *G*

Deze *Robertus* wordt door *Beke* verkeerd geplaatst, want hij moet wel bedoelen de *Robertus frater comitis* van 1162, welke oorkonde vermeld wordt *AnnE* 1162; maar deze *Robertus* is een zoon van *Dirk VI*, onder wiens kinderen *Beke* hem niet vermeldt.

5 De namen *Beatrix* en *Elizabeth* passen eerder bij dochters van *Floris V*, wiens vrouw en moeder zo heetten; de bron van *Beke* is dus door hem onnauwkeurig gebruikt. De *Tabula Egmondana* heeft bij *Dirk VI* en *Floris III* nog andere namen toegevoegd, en wel met latere hand,

Caput 57b

1. *Narr. c. 4*
(p. 6) (nà de gebeurtenissen die hier beschreven worden:) . . . ipsa Trenta in multa pace existente.
2. *ChrE p. 104*
(= *AnnE*
p. 166) 1159 Hoc anno ministeriales Traiectenses fortissima coniuratione invicem ad conservandum ius suum coniuraverunt.
4. p. 4 Suis temporibus fuerunt in hiis partibus duo fratres carnales . . . alter Lambertus nomine . . . alter qui Leffardus vocabatur . . .
5. *Narr. c. 4*
(p. 5) Alter vero, qui Leffardus vocabatur, in Groninghe prefectus extitit; sed cum haberet nisi unicam filiam, illam copulavit cuidam . . . Qui ex ea tres filios genuit . . . et sic ipse et uxor sua mortui sunt, domino Leffardo et uxore sua supervivente. Quibus non multo post ad suos patres depositis, gravis contentio orta est inter Lambertum de Pedge, qui voluit succedere suo fratri in prefectura, et inter filios Godescalci, qui hereditatem avi sui dicti Leffardi dimittere noluerunt . . .
6. *ChrE p. 105*
(= *AnnE*
p. 166)
(p. 106) Et multi ex optimis eorum homines Henrici comitis Gelrensis, ut eis auxilio fieret, facti sunt. Cuius auxilio freti episcopum Godefridum in turri episcopali obsederunt et cepissent, nisi adiutorio et consilio comitis Theoderici de Cleve evasisset. Egressus autem adversus omnes cives Traiectenses et ecclesie ministeriales . . . turrim suis militibus munivit, ex qua plurimi civium balistis, sagittis et lapidibus vulnerati sunt. Econtra comes Gelrensis cum ministerialibus, civibus et militibus suis instantissime consurrexit et multis incursionibus eos qui turrim tuebantur et parti episcopali favebant, inquietavit, adeo ut utramque domum episcopi. scilicet hyemalem et estivalem, combureret et mangelas ad turris destructionem prepararet. Episcopus vero imploravit auxilium comitis Hollandensis Florentii, monens eum, ut memor fidei et hominii sui adiutor in oportunitatibus existeret . . . Comes autem videns eum angustiis circumdatum et omnibus auxiliis destitutum, collecta militum et navium multitudine copiosa . . . et indomito populo plus quam oportuit auxiliaris episcopo fuit. . . . Cum autem tum a comite tum ab episcopo civitas Traiectensis plurimum artaretur, a comite Gelrensi defensa est. Theodericus de Batenburch ibi cum suis electis et audacissimis militibus affuit . . . assultus frequentes . . . Perduravit autem hec discordia a festivitate sancti Mauricii usque ad festum sancti Iohannis Baptiste, et tunc demum mediante episcopo Coloniensi Reinoldo ex iussu imperatoris Frederici sedata est.
- 22.
23. *Narr. c. 4*
(p. 5) Sed litem istam episcopus Godefridus cito suffocavit, quia prefecturam, que de iure sibi vacavit, tribus filiis Godescalci pro trecentis marcis, quas sibi dederunt, infeodavit.

Caput 57b

Hiis temporibus, scilicet anno Domini mclx^o, Trentones tumultuare ceperunt
 adversus episcopum pro prefectura Groningie, consociantes sibi cives Tra-
 iectenses cum plerisque vasallis ecclesie. Asseruit enim idem episcopus, quod
 5 prefectura sibi libere vacaret, pro eo quod Lifridus prefectus nunc defunctus
 filium superstitem non haberet. Nepotes tamen eiusdem Lifridi de filia sua
 progeniti, prefecturam ipsam ambientes, feudales effecti sunt homines Henrici
 comitis Gelriensis, ut eo suffragante potius obstare possent insultibus episcopi
 Traiectensis. Cuius demum auxilio predicti iuvenes, ministeriales et cives
 10 episcopum cum suis militibus circumvallatum in turri proculdubio capti-
 vassent, nisi consilio Theodrici comitis de Clivo maturius evasissent. Comes
 autem Gelriensis civibus et ministerialibus castellarios multis incursionibus
 laccessivit: quos cum balistis et fundibulis cotidianis assultibus nimis acriter
 infestavit, adeo quod tam hyemalem quam estivalem domum exureret et
 15 mangenas ad turris eversionem erigeret. Episcopus itaque plurimum anxius
 et a cunctis auxiliatoribus pene destitutus, supplici prece constanter ammonuit
 hominum Florencii comitis Hollandie, quatenus opportunus auxiliator sibi
 foret in necessitate talis angustie. Nec mora quin et idem comes collectis hinc
 inde bellatoribus plus quam oportuit episcopo magnificus auxiliator extitit.
 20 Civitatem vero tam episcopus quam comes exterius crebris infestaverunt
 assultibus, quam comes Gelrie similiter et Theodricus de Batenburch interius
 defensaverunt cum electis equitibus. Invaluit autem hec discordia fere per
 annum, que tandem iussu Frederici cesaris per Reynoldum archiepiscopum
 Coloniensem terminata fuit, et episcopus acceptis trecentis marchis prefectu-
 ram Groningie nepotibus Lifridi cum novis privilegiis recognovit.

Cap. 57b

- 1 tumultuare *cet* preliare *G*
 5 filia sua *IIA* filio suo *BCD*
 6 progeniti *GA* pergenite *F* primogeniti *C* primogenito *BD*
 7+11 gelriensis *F* gelrensis *G* ghelriensis *CD* ghelrie *A* gelrie *B*
 10 evasissent *AD* evasisset *IIB* evasiss3' (lees: evasissent) *C* *Het onderwerp moet zijn episcopus cum*
suis militibus, want het rijm elst -ent.
 11 castellaros *cet* castellanios *F* castellatorios *G* castellanarios *B*
 12 assultibus *cet* insultibus *G*
 18 magnificus *cet* magnus *A*
 20 batenburch *FG13CD134* batenborch *G2* batenburgh *AB* bathenborch *D2*
 21 autem *cet* enim *A*
 23 terminata fuit *cet* ontbr *A* *Suffridus Petrus voegt in: sedata fuit, Furn sopita est, wat Lap overneemt.*

Caput 57c

3. *Gravenreg. Liber S. Adalberti (Fontes p. 68)* Primus Theodericus ... dignitatem prefecture suscepit a Karolo Francorum rege.
Filius ... Theodericus ...
Quem rex Lotharius ditavit munere ... (Misschien is deze Lotharius niet bedoeld).
5. *oork. 1089 (Cart. p. 108)* Heinricus divina clementia Romanorum imperator augustus ... comitatum quendam in Fresia, qui vocatur Westrogowe et Ostrogowe, sancto Martino ... tradidimus ...
5. *oork. 1138 (Cart. p. 127)* Conradus largiente clementia rex Romanorum ... qualiter comitatum quendam Fresie, nomine Hostrogowe et Westrogowe, beato Martino ... iuste resignavimus, quem iniuste eidem ecclesie ablatum pro certo comperimus. Dederat sane predictum comitatum Traiectensi ecclesie diye recordationis Heinricus tercius imperator augustus ... Cuius donum filius eius Heinricus bone memorie quintus ... renovavit et renovando auctoritate et privilegio suo confirmavit. Nunc igitur quia aliquamdiu sub predecessore nostro Lothario imperatore predicta ecclesia suo iure et predicto comitatu caruit ...
11. *ChrE p. 111 (AnnE p. 171)* 1165 Imperator Fredericus (AnnE: Frithericus) Traiectum veniens episcopum Traiectensem Godefridum et Florentium comitem Hollandie (AnnE: Holtlandensem) post grandes inimicicias reconciliavit,

Caput 57d

- 1-6. *ChrE p. 113 (AnnE p. 173) p. 114* 1166 Fresones occidentales, qui habitant trans vadum qui Occenvorth dicitur, eundem vadum transeuntes in multitudine gravi ... in agris opiduli quod Alcmare dicitur, conscenderunt. Fresones autem omnes domos eorum ... combusserunt nihil edificii relinquentes excepta ecclesia, cui ex communi consilio pepercerunt. Ipsi autem Alemarienses, videntes se alieno destitutos auxilio, accensi sunt viriliter et constanter pugnare pro patria et fere octoginta viri electissimi omnes adversa fronte occisi, felici ut speramus compendio pro morte vitam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria virtutis est, pro patria mori felicitatis est.
9. ut predicatur: verwijzing naar c. 55b reg. 10-12.
- 6-9. *p. 114* Hoc autem exterminium cedis vel incendii Fresones fecerunt in vindictam iniurie, quam consortes et concives eorum Fresones de Scaghen eodem anno post natalem Christi passi fuerunt a militibus de Herlem ...
10. *ChrE p. 116 (=AnnE p. 178) (p. 117)* 1168 Florentius decimus comes Hollandensis brumali tempore cum maxima manu militum et peditum veniens in villam que Scorla dicitur ... deliberavit et consilium inivit qualiter eosdem Fresones sibi resistentes bello aggrederetur. In ea mora deliberationis quidam electissimi milites vel privati homines constantes et audacissimi impetum animi sui non ferentes, inermes in equis, comite dissuadente, prosiluerunt et villam Fresonum que Scagen dicitur incende-

Caput 57c

Anno Domini mclxv^o contencio gravis exorta fuit inter Godefridum Traiectensem pontificem et Florencium Hollandie comitem; quidam enim imperatorum et regum, utpote Karolus et Lotarius tradiderunt Orientalem Frisiam usque rivulum Lavice principibus Hollandie, quidam nichilominus regum et

5 imperatorum, videlicet Henricus et Conradus contulerunt eandem patriam pontificibus Traiectensis ecclesie. Quapropter idem Florencius ipsam terram ex integro possidere volens, Godefridum episcopum profugare decrevit, quem nuper ab omnibus inimicis sus potentissime liberavit. Episcopus itaque nunc

10 a cunctis auxiliatoribus destitutus, imploravit opem Frederici cesaris, quatenus ipsum eriperet de persecucione magnipotentis comitis. Imperator autem anxiam necessitatem Godefridi pontificis attendens, Traiectum extimplo descendit, et per amicabilem compositionem inter discordes principes redivivam amiciciam reformavit.

Caput 57d

Anno Domini mclxvi^o Frisones cum infinitis preliatoribus vadum Ockenvord transeuntes devenerunt Alcmariam, ut abinde transirent ad depredandam vicinam Kinemariam. Et ecce, commisso iam duro certamine circiter lxxx viri pugnantes ex Alcmaria crudeliter interempti sunt, qui pro transitoria vita

5 vitam eternam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria virtutis est, mori pro patria felicitatis est. Frisones autem hac adepta victoria totum opidum concremarunt, solam quidem ecclesiam incombustam de communi beneplacito reliquerunt, ita quod nongenti Frisones sufficienter essent ulsi, qui pridem a militibus de Harlem, ut predicatur, sunt occisi.

10 Anno Domini mclxviii^o cum iam tota Frisia glaciatis esset pervia, Florencius comes cum ingenti copia prepotentis exercitus in villam Scorl adveniens deliberacionem habuit, et rebellantem Frisiam armipotenter expugnare proposuit. Inque ipsa vero deliberacionis mora quidam animosi milites equos ascendentes, dissuadente comite, villam Scaghen incenderunt, de qua spolia

15 diverse suppellectilis habundancius asportarunt.

Frisones autem latenter in insidiis positi domorum suarum parvi penderunt

Cap. 57c

- 2 pontificem *FCDM* (*rijmt op comitem*) episcopum *GAB*
 9 omnibus *cet ontbr A*
 12 descendit et *cet descendens A*
 14 amiciciam *IIIM* (*bron: inimicicias*) pacem *II*

Cap. 57d

- 2 abinde *cet deinde G*
 4 pro transitoria vita vitam eternam *FA* pro transitoria vita eternam vitam *G* per transitoriam vitam eternam *CD zin ontbr B*
 11 scorl *FA12 scoorl A3 scor' C scorle D123 scoorle D4 scoerle B scoerl G* (*bron: scorla*)
 12 armipotenter *cet ontbr A*
 14 scaghen *cet schagen D4G schaghen F*

- 17-30. runt. Fresones autem in insidiis positi domorum suarum iacturam facilem habuerunt, dummodo inimicos suos concluderent, et reditum eorum interciperent. Cumque hostes incendiis et prede intenti . . . quasi fugientes presequerentur, de latibulis egressi Fresones vias quibus erant redituri occupaverant et redire parantibus maxima multitudine constipati in faciem restiterunt. Sed quidam militum denso agmine facto animam suam ponentes in manibus suis, in confertissimos hostes irruerunt et redierunt illesi ad comitem. Alii omnes exceptis paucissimis captivatis occisi sunt, et facta est maxima strages electissimorum virorum. Ex his nobiles et probi milites corruerunt Symon de Antwarpia iuvenis incomparabilis pulchritudinis, Wilhelmus de Vorholte, Baldramnus de Harlem, Gerardus Dapifer, Florentius Rost (Ann. Rust) Alardus de Ekmunda, Bruno de Kastrikem, Gerardus iuvenis de Monstre, Everhardus de Notheke. Corpora vero occisorum diversis confossa vulneribus Ekmundam ad tumulandum relata et monachis et laicis et maxime comiti lamentabile prebuerunt spectaculum.
- p. 118*
31. *ChrE p. 126*
(= *AnnE*
p. 179) 1168 Fresones occidentales in maxima multitudine vadum transeuntes, Alcmare iterato in die sancti Ypoliti, que sollemnis apud eos est, combusserunt . . . obvium est enim eis fortiter a vulgo circumcirca commoranti et a paucissimis militibus viriliter illos conterentibus. Du preterea naves ex latere ad eos . . . cum grandi impetu properantes . . . et occisis fere xxx fortissimis ex eis omnes . . . in fugam inclinatis et deiectis vultibus conversi sunt. Quod si equi (hs Proc. equitum) qui illos insequi potuissent maior copia fuisset, vel sagittarii Flandrenses, qui ipso die advenerunt, aliquantulum maturius affuissent, dies illa Fresonum facta fuisset exterminium.
40. *ChrE p. 132*
(= *AnnE*
p. 184) Eodem anno (sc. 1180) comes Hollandie Florentius Fresiam cum infinito exercitu ingressus Nethorp et Winkel incendit.
41. *ChrE p. 134*
(= *AnnE*
p. 184) 1184 Florentius comes Hollandie decimus Iherusalem tendit, Fresonibus de Wiering et Texle prius subiugatis, datis ab eis iiii milibus marcarum argenti conditione pacis.
43. *ChrE p. 129*
(= *AnnE*
p. 183) 1176 Obiit Sophia comitissa Hollandensis . . . tertio postquam Iherosolimis profecta est, ibidem moritur et . . . sepelitur.

- incendia, consimiliter et rerum suarum copiosa spolia, dummodo solos hostes suos occulte concluderent et eorum reditum potenter interciperent. Cum igitur predicti milites depredacionibus occuparentur, ac omnes fugitivos in locis palustribus dispersim sequerentur, ecce Frisones de latibulis insidiarum ex arundinetis utrobique surrexerunt, prefatis militibus viam redeundi festinanter anticipantes et cum eis in magna prerogativa grave prelium committentes. Demum accrescentibus Fresonum copiis, quidam milites medios hostes viriliter irrumpentes ad presenciam comitis cum angustia sunt reversi; ceteri vero rebellanti manu semetipsos ulciscentes cruentissime sunt occisi, videlicet Symon de Andwerpia iuvenis incomparabilis pulcritudinis, Wilhelmus de Vorholte, Baldramnus de Harlem, Gerardus dapifer, Florencius Rüst, Allardus de Egmonda, Bruno de Castrichem, Gerardus iuvenis de Monstre et Everardus de Nortich, quorum corpora de hinc Egmonde delata sunt, que ibidem lamentis amarissimis consepulta sunt.
- Anno vero sequenti Fresones in die sancti Ypoliti, que solempnis est apud eos, iterato populosam expeditionem eduxerunt, ut pagum Alcmariæ secundo destruerent. Econtra vero milites perpauci cum inquilinis Kenemariæ, tam per terram quam per aquam eisdem audaciter occursarunt, qui xxx fortissimos Frisones in impetu terribiliter occiderunt. Quibus peremptis reliquum vulgus absque graviori dampno diffugit ad Frisiam, quoniam Hollandiæ milites equorum insequencium eo tempore magnam habuerunt inopiam, Flandrienses eciam sagittarii qui comiti pro stipendiis ministrarunt, eadem die cum suis complicitibus ad conflictum satis tardius affuerunt.
- Annis autem paucis abinde dilapsis Florencius comes cum expeditione valida Fresiam intrans, villam Winkel cum Nyendorp incendit, Texalliam cum Wiringia subegit, iiii milia marcarum argenti condicione pacis accepit et exinde sepulcrum sancta Sophie matris sue Iherosolimis visitavit.

Cap. 57d

- 17 consimiliter *cet* similiter *AB*
 23 medios hostes *cet* per medios hostes *G* medium hostium *A*
 26 andwerpia *cet* antwerpia *CD* antworpia *G*
 27 vorholte *IIC* (= *bron*) voirhout *B* voorhoute *D2* voerhoute *D3* voirhoute *D4* vorhoute *D1* northolt *A*
 baldramnus *II* (= *bron*) baldwinus *A* baldewinus *BD* bald' *C*
 rüst *A12D34* rust *GA3CD2* ruost *B* rost *F* rüst *D1* *Hoewel de bron rust heeft, wijst teveel op rüst.*
 28 allardus *cet* allaerdus *A2* allairdus *D4* alardus *CD13*
 castrichem *cet* kastrichem *A12C*
 et *II* ac *III*
 29 nortich *cet* noertich *A2D3* noirtich *D4* noortich *D12*
 33 secundario *cet* iterato *A*
 perpauci *IIA3* (*bron*: paucissimi) *pp*pauci *A1* (*van deze verschrijving komen alle volgende fouten en verbeteringen*) preparanti *D123* preparanti manu *A2* preparati *BCD4* *Franse Beke: prestz Nederl. Beke: stoutelike*
 35 in impetu *cet* cum impetu *A*
 40 dilapsis *cet* elapsis *GB*

Caput 57e

1. *AnnE p. 180* Anno 1170 . . . circa festum omnium sanctorum ventus maximus erat, quem inundatio maxima secuta est, adeo ut usque ad muros civitatis Traiectensis fluxerit mare et refluxerit, et piscis ille tantum marinus quem büllek vocant circa muros eiusdem civitatis captus est.
5. *AnnE p. 180* Anno 1171 nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt.
7. *AnnE p. 180* Anno 1172 . . . omnia ante solitum veris tempus in germen prorumperent et volucres ut dicitur circa purificationem sancte Marie ova et pullos in multis locis foverent.

Caput 57f

1. *ChrE p. 125*
(= *AnnE*
p. 181)

(*p. 127*)
(*p. 182*)

1173 . . . dominicum corpus in duabus ecclesiis Traiectensis civitatis furto ablatum est, scilicet in ecclesia vulgi que dicitur sancte Marie et in ecclesia sancti Iacobi. Nec ulla ratione multa et diligenti inquisitione facta . . . qui hoc egerit potuit repperiri. Repente idus maii v feria (*AnnE* vi idus maii v feria) secuta est plaga maxima diluvii cum tanto impetu decurrentis . . . omnibus que in agris repperiri poterant depopulatis, plurimum civibus horrorem incussit . . . eventumque novi exitii cum stupore et tremore exspectantibus. Quod si tam diutinum quam impetuosum periculum fuisset, civitas Traiectensis procul dubio non substitisset. Post triduum enim misericordia Domini manum suspendente aque diminute sunt et paulatim deficientes in alveum suum redierunt. Porro in die ascensionis Domini, que secuta est proxime, abbas ecclesie sancti Pauli, Hildebrandus nomine, verbum Dei predicans populo, hortatus est et instanter monuit, ut generaliter tota civitas ieiuniis, vigiliis, processionibus, elemosinarum largitatibus et omni humilitate misericordiam Domini super negligentia dominici corporis placaret, predixitque plagam novam (*AnnE* maiorem) in diluvio . . . nec vero prophetia eius fraudata est. Eodem enim die circa vesperam incendium exurgens predictam ecclesiam sancte Marie et totam plateam eius acerrime invasit domosque electissimas penitus consumpsit . . . Episcopus etiam Godefridus in synodo generali ieiunium generale toti civitati et omnibus parrochiis sue diocesis indixit . . . Ipse etiam episcopus feria iii post pentecosten nudis incidens pedibus cum omni populo . . . sanctorum diversa loca clericis letanias . . . succinentibus visitavit.
24. *Cat. ep. Ultral.*
p. 493 Godefridus vixit in episcopatu 22 annis. De isto Godefrido scribitur: Martino fidus iacet hic presul Godefridus, Qui decoravit astra, quia struxit bis duo castra: Vollenho, Worden, Montfort, primum faciens Horst.
24. *Narr. c. 3*
(*p. 4*) . . . episcopus Godefridus, vir nobilis et magnanimus, qui ecclesiam suam, sicut hodie apparet, castris bonis et firmis decoravit, videlicet Horst et Vollenho et Muntfoerd et Woerden . . .
28. *Narr. c. 3*
(*p. 4*) . . . ecclesiam suam . . . viginti duobus annis strennue gubernavit.

Caput 57e

Anno Domini mclxx^o validissima ventorum intemperies in autumpno truculencius inhorruit, ita quod inundacio maris usque ad muros Traiectensis impetuose defluxerit, et marinus piscis qui vulgo bollic dicitur, prope menia civitatis captus fuisse sagenis asseritur.

- 5 Anno vero sequenti nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt, cunctisque nimirum obstupentibus tonitrua satis horrida resonaverunt.

Anno quidem insequenti frondes et gramina pre solito veris tempore germinarunt, et volatilia circa purificationem beate Marie Virginis ova cubancia pullos in hiis partibus produxerunt.

Caput 57f

Anno Domini mclxxiii^o vivificum corpus Domini de duabus ecclesiis in Traiecto videlicet beate Marie minoris et sancti Iacobi maioris furto sublatum fuerat, sed nec reus aliquo scrutinio reperiri poterat. Quinto dehinc ydus maii (...!) repente gravissima plaga diluvii, que totam superficiem terre

- 5 vehementer operiens, domos cum arboribus secum violenter abduxit in torrente profluvii, ita quod plerique prudentes attoniti putarent novum cathaclisimum imminere ac universum mundum aquis inundantibus secundario deperire, quod si tam diuturnum quam impetuosum fuisset ipsum diluvium, procul dubio civitas Traiectensis non substitisset ad tempus modicum. Post triduum
- 10 vero misericordia Dei diminuit aquas, que paulatim defluentes ad alveum suum reverse sunt et omnes circummanentes ville de tam dire calamitatis periculo liberate sunt. Hildebrandus autem venerabilis abbas sancti Pauli Traiectensis in ascensione Domini proxima sermonem ad populum faciens instanter ammonuit, quatenus tota civitas oracionibus, elemosinis et ieiuniis
- 15 super negligenciam Domini corporis divinam indignacionem placaret, alio-

Cap. 57e

- 3 defluxerit *cet* defluxit *AB*
bollic *cet* bolc *D134* boc *D2*
8 cubancia *cet* cubantes *FA*
9 partibus *cet* temporibus *F*

Cap. 57f

- Het opschrift van dit caput is overgeslagen in G23 en staat dus alleen in FG1*
- 3 quinto dehinc ydus maii *cet* quinto dehinc maii idus *F* quinto dehinc maii *G* quinto die dehinc ydus maii *D2* *De bron ChrE heeft alleen idus maii, de AnnE vi idus maii, maar er volgt v feria, wat Beke misschien in de war heeft gebracht. De juiste datum is donderdag 10 mei 1173.*
- 4 *Achter maii heeft de bron secuta est; dit is reeds in apograaf I weggevallen. D4 verbetert het door invoeging van venit achter diluvii; Furm en Lap gissen facta est.*
- 5 secum violenter *cet* violenter secum *AB* violenter *G*
- 6 attoniti *cet* ontbr *A2*, en dus ook *Furm en Lap*
- 9 substitisset *FM* substetisset *III* obstetisset *G*
- 10 paulatim *G* paulative *IIIF*
defluentes *GAB* refluentes *FCD*
- 14 ammonuit *IIIFM* admonuit *G*

29. *Cat. ep. Ultr.* Obiit vero anno Domini 1178 vi kalendas iunii et est honorifice
p. 493 sepultus in ecclesia Traiectensi . . .
31. *Narr. c. 4* Et ille gloriosus episcopus Godefridus in Domino obdormivit, qui
(p. 6) apud sanctum Martinum in Traiecto sepultus est anno Domini 1178
. . . Episcopus vero Godefridus, cuius memoria semper apud nos in
bono habeatur, viginti duobus annis Deo et ecclesie sue strenue
militavit.

Caput 58a

1. *Narr. c. 5* Post hunc, scilicet Godefridum, electus est in episcopum dominus
(p. 7) Balduinus ad sanctam in Traiecto Mariam et in Aldensele prepositus,
vir mitis et tractabilis et tante castitatis, ut etiam virgo mortuus esse
credatur . . . comitem Hollandie Florencium, qui frater carnalis
exitit . . . et Ottonem comitem de Benthem, etiam fratrem suum.
8. *Narr. c. 11* fratrem episcopi Baldewini Theodericum, eiusdem ecclesie maiorem
(p. 18) prepositum. . . .
Istorum consilio et auxilio ecclesiam suam in multa pace dives et
potens ad aliquot annos feliciter gubernavit . . . armata manu Veluam
occupavit, quam et contra ducem Brabancie et contra comitem
Gelrie Gerardum rapinis et incendiis et multa exactione devastavit.
Dicebat enim eam sibi vacare a duce predicto, qui feoda sua debito
tempore non receperat de manu sua more vasallorum.
10. *Narr. c. 10* Igitur idem episcopus . . . comitem Gelrensem, quem omnium isto-
(p. 16) rum malorum conscium et fautorem esse dicebat, potenter et cum
multa milicia aggreditur, Veluam et alias suas terras depopulando.
Sed comes idem viriliter se opposuit. . . .
10. *p. 17* . . . Veluam pro sibi vacante occupavit; tunc vivebat comes Gerardus,
qui pro hac iniuria Daventriam ad quatuor dies obsedit. Sed dominus
imperator Fredericus ista sedavit . . .
14. *c. 5 (p. 8)* Sed istum tumultum belli dominus imperator magnus Fredericus
huius nominis primus composuit et sedavit.

quin in proximo civitati plaga gravior eveniret. Et ecce propheta tanti patris veritate non caruit, nam et eodem die circa vesperam horrendum incendium accidit, quod beate Marie prefatam absumpsit ecclesiam, nichilominus et partem civitatis maximam. Quamobrem Godefridus episcopus iram omnipotentis Dei pertimescens convocata generali synodo cunctis fidelibus sue dyocesis ieiunium indixit, quynimmo feria quarta post pentecosten nudis incedens pedibus diversa sanctorum loca cum letaniis devotissime visitavit. Hic insuper episcopus pro sempiternae laudis sue memoria superedificavit beato Martino quatuor castra forcia, videlicet Horst contra comitatum Gelrie, Fullenho contra dominatum Frisie, Montforde adversus comitatum Hollandie et Woerden adversus rebellionem civitatis proprie, ut ex eis impetum inimicorum ab omni parte restringeret et diversis raptoribus facilem episcopatus ingressum interdiceret. Qui xxii annis Traiectensem digne rexit ecclesiam, ac anno Domini mclxxviii^o vi kalendas iunii Creatori reddidit animam. Is episcopus penes antecessores suos in ecclesia maiori decenter inhumatus est, nam et ipse pro virtuosis operibus hodierno die non immerito collaudandus est.

Caput 58a

Post obitum Godefridi presulis Balduinus nominis huius secundus ad sanctam Mariam Traiectensem ac in Aldenzele prepositus xxix^{us} intronizatus est episcopus, vir mansuetus et adeo castus, ut in fine vite sue virgo credatur esse mortuus, cuius fratres erant comes Hollandie Florencius, Theodricus maior in Traiecto prepositus, ac Otto comes de Benthem sive castellanius, per quorum auxilium predones ab episcopatu fugavit et totam terram aliquantis annis gracie rexit. Omnes utique burgenses susceperunt ab eo iura civilia et a simili ministeriales bona feodalia. Solus autem dux Brabancie statuto tempore Veluam acceptare neglexit, quam comes Gelriensis ab eodem duce subinfeodatam tenet. Quapropter episcopus Veluam occupavit cum invictis bellatoribus, effugato Gerardo comite cum omnibus suis complicitibus. Comes ergo Gerardus tante dicionis amissionem egre ferens aggregavit armigerorum magnam copiam et per quatuor dies circumvallavit econtra Davantriam. Sed Fredericus imperator illic adveniens omnem belli tumultum suppressit et in

19 omnipotentis *cet ontbr A*

24 quatuor castra forcia *GAM* forcia quattuor castra *F 4^{or}* castra *B* quatuor castra *D ontbr C*

25 fullenho *FCM* vullenho *GA* follenho *BD*

26 rebellionem *cet ontbr G23*
civitatis proprie *cetM* proprie civitatis *FD*

Cap. 58a

1 balduinus *IIC* baldwinus *cet*

2 aldenzele *F* oldenzele *G1* aldensel *G3B* adensel *G2* aldenzeel *ACD*

11 suis complicitibus *III* complicitibus suis *II*

16. *Narr. c. 10* ... Gerardo comite mortuo frater suus Otto comes episcopum in
(*p. 17*) tantum in suis bonis infestavit, quod tanta orta fuit discordia ...
17. *c. 5 (p. 7-8)* ... quod ad ipsorum instanciam episcopus armata manu Veluam occupavit ...
20. *c. 10 (p. 17)* ... orta fuit discordia, ut Florencius comes Hollandie omnia pecora tocius Velue in Daventriam comminaret et gravia dampna comiti inferret, et ab alia parte Thidericus Clevensis comes, ... omnem terram Gelrie potenter incenderet et devastaret. Sed dux Brabancie et archiepiscopus Coloniensis et ... Monasteriensis episcopus et ... comes de Monte partem comitis sic coadiuvabant, ut collectis duobus milibus militum et quingentis in Daventria tribus septimanis octingentos milites episcopi obsiderent.
31. *c. 10 (p. 17)* Ista vero guerra composita fuit, quando dictus comes Gelrensis cum imperatore Frederico mare transivit.

Caput 58b

1. *ChrE p. 136-7* 1188 Decreto Romani pontificis et precepto Frederici imperatoris ...
(= *AnnE* ... maxima multitudo ceterorum fidelium Maguntiam conveniunt,
p. 185) ubi in vindictam sancte Civitatis et iniuriam sancte crucis ulciscendam imperator Fredericus ... Henrico apostolice sedis legato crucis vexillum signum protectionis in Iherusalem suscipit ...
4. *ChrE p. 136* 1187 Saladinus rex consilio et traditione comitis Hugons de Tripla
(= *AnnE* christianos expugnat, Iherusalem capit ... crucem dominicam aspor-
p. 185) tat et in exterarum regiones collocat.
7. *ChrE p. 137* 1189 Fredericus imperator cum filio suo Frederico Suevorum duce ...
(= *AnnE* ...
p. 185-6)
9. *ChrE p. 137* ... imperator Fredericus cum filio suo duce Suevorum et comite
(= *AnnE* Hollandie Florentio ...
p. 185)
18. *ChrE p. 142-3* 1191 Dux Suevie Fredericus ... Philippus potens marchio Flandrie
(= *AnnE* ... Philippus rex Francie hoc anno quo cum rege Anglie Richardo
p. 187) profectus erat ...
10. *ChrE p. 136* 1188 ... multi potentes et nobiles viri laude militari digni viam insis-
(= *AnnE* tunt Iherusalem.
p. 185)

- 15 oblongas treugas utrobique servari mandavit. Durantibus itaque treugis Gerardus comes absque liberis migravit a seculo et episcopus iterato Veluam intravit armato satellicio, qui de comitatu Zuitfanie plures villas incendit et abinde rapinam multimode facultatis abstraxit. Theodricus vero comes de Clivo sororius episcopi congregavit ingentes copias electe milicie, devastans
- 20 ex magna parte comitatum Gelrie. Florencius autem comes Hollandie comitatu graviora dampna fecit, nam et omnia pecora tocius Velue potenter in Davantriam comminavit. Otto quidem de Gelria fratri succedens in comitatu, perpendens impetum inimicorum suorum violenter invalescere nec vires sui solius contra tot magnates posse sufficere, de potestate pontificum Colonien-
- 25 sis, Monasteriensis, ducis Brabancie et comitis de Monte militum circa iii milia pro stipendiis eduxit, cum quibus octingentos equites episcopi tribus septimanis in Davantria obsedit. Balduinus autem episcopus anxietatem necessitatemque sue civitatis audiens, auxilio fratris sui Florencii et Theodrici sui sororii predictorum comitum contraxit robur tam Hollandie quam Clivie, ut
- 30 Ottonem comitem procul pelleret ab obsidione civitatis Daventrie. Sed ecce Fredericus imperator iterator partes inferiores adiens interceptit hoc prelium, statuens inter utramque partem amicabile pacis interloquium, videlicet ut idem comes Otto dominationem Velue secundum ius antehabitu quiete possideret, quoadusque super hoc de principum suorum consilio iudicium vel
- 35 arbitrium promulgaret.

Caput 58b

- Anno Domini mclxxxviii^o decreto Alexandri Romani pontificis et edicto Frederici gloriosi cesaris inestimabilis exercitus christianę professionis cruce signatus est apud Magunciam ab Henrico cardinali sive legato sedis apostolice pro recuperatione sancte civitatis Iherusalem, que tradicionem comitis Hugonis
- 5 de Tripoli per Saladinum Babilonie soldanum expugnata est, et pro restauratione benedictę crucis, que per Agarenos ad barbaras regiones abducta est. Cuius innumerabilis exercitus capitanei principes erant Fredericus Romanorum imperator, Philippus Francie et Richardus Anglie reges, Fredericus Suevie et Conradus Austrie duces, Florencius Hollandie et Philippus Flandrie
- 10 comites cum aliis magnatibus multis et proceribus infinitis. Imperator autem

17 zuitfanie *FD134* zuytfanie *A12D2* zuutfanie *C* zutphanie *GA3B*

25 militum *cet* milites *B ontbr A*

27 anxietatem necessitatemque *F* anxietatem et necessitatem *G* anxiam necessitatem *III*

Cap. 58b

5 saladinum babilonie soldanum *cetM* soladinum babilonie *A* solidanum babilonie *B*

6 abducta *cetM* aducta *F* educta *AB*

8 richardus *GBM* ricardus *FD2* rikardus *ACD134* (vgl. 61 reg. 28)

11. *ChrE p. 139*
(= *AnnE*
p. 186) Eodem anno Fredericus imperator obiit, cui a quodam incluso predictum fuit, quod aquis suffocatus interiret . . .
16. *ChrE p. 137*
(= *AnnE*
p. 185) per regnum Ungarie ingressus fines Grecie, negato transitu maris Brachii sancti Georgii cum innumerabili et valida suorum sequacium manu . . . Eodem anno innumerabilis multitudo fidelium magno apparatu navium arma et escas subvehentium viam insistit Iherusalem . . .
17. *ChrE p. 138*
(= *AnnE*
p. 185) . . . castella et civitates occupat . . . et prospero itinere Sur usque advehitur.
20. *ChrE p. 139–140* (= *AnnE*
p. 186–7)

p. 141
(*AnnE 187*) Anno 1190 . . . cum ad quendam decursum aquarum cum exercitu peregrino devenisset, delectans limpидitate eius, ut sudorem ex labore contractum ablueret peritia natandi confisus aquis se commisit. Qui valido impetu repente abstractus et lapidi inter aquas latenti allusus . . . tam misero mortis genere obiit . . . luctuoso agmine Antiochiam delatum est et in besilica beati Petri in introitu chori dignissimo honore tumulatum. In eadem Antiochia Florentius Hollandie comes decimus non multo post languore correptus obiit . . . aliique multi potentes et nobiles Antiochie sunt sepulti.
27. *Stoke II 875–7* Hi starf tAntiochem ende daer
Wort hi begraven op eenen dach
Niet verre van daer de keiser lach.
29. *ChrE p. 141*
(= *AnnE*
p. 187) Florentius . . . cuius filium Wilhelmum dux Suevie in obsequium suum assumpsit, tum propter patris ipsius ad invicem habitam dilectionem, tum propter eiusdem iuvenis acceptabilem sibi strenuitatem.
33. *ChrE p. 142–3*
(= *AnnE*
p. 187) Accaron a christianis recuperatur cesis in ea multis milibus Turcorum.

Caput 59a

2. *ChrE p. 135*
(= *AnnE*
p. 185) 1186 Theodericus filius Florentii et Ade comitisse sororem Theoderici iunioris comitis de Cleve, nomine Aleydem, uxorem duxit . . .
3. *ChrE p. 165*
(= *AnnE*
p. 194) Eodem anno (*d.i. 1197*) Otto comes Gelrensis et Theodericus Hollandensis reconcilantur, que reconciliationis sive pacis concordia usque adeo inter eos convaluit, ut Theodericus comes filiam suam Aleidem nomine filio comitis Ottonis, cuius nomen Henricus, desponderet . . .

- consilium expeciit a quodam incluso, qualiter christianum exercitum dirigeret et contra fortitudinem gencium magis secure contenderet. Inclusus vero prophetando respondit, quod idem imperator aquis suffocari deberet, antequam de transmarinis partibus in patriam rediret. Quamobrem idem augustus
- 15 transitum Mediterranei maris evitans, trans Bulgariam viam obliquans, brachium sancti Georgii transcendens, iter ad sanctam civitatem insistens, cum antedictis principibus civitates, presidia, municiones et opida potenter usque Sur acquisivit et de perfidis gentilium turmis multis vicibus honestissime triumphavit.
- 20 Anno Domini mxcx^o idem imperator quodam estivo tempore fessus ex itinere, festinavit in limpido torrentis alveo profluentem sudorem abluere et permodicum refrigerio se reficere. Qui pericia nandi confisus in fluctivagis undis descendit, quem fluminis impetus rabido cursu mox ad rupem subterlatentem allidit, qui secundum anachorite vaticinium ibidem submersus est et apud
- 25 Antiochiam in basilica sancti Petri lamentis amarissimis inhumatus est. Eodem etiam anno non multo dilapso tempore Florencius comes Hollandie kalendis augusti mensis obiit in Antiochia, sepultus ibidem apud tumbam imperatoris in eadem ecclesia.
- Wilhelmus autem de Hollandia filius eius iunior natu Frederico duci Suevie
- 30 sociatus, ad annos quinque post obitum patris in Terra Sancta permansit, qui in diversis bellis campestribus contra paganos victorie palmam multis vicibus acquisivit, per cuius industrie probitatem christiani dicuntur obtinuisse Damiatam urbem Egipti prorsus inexpugnabilem, cesis in eo cunctis Turcis cum ceteris infidelibus Agarenis.
- 35 Ada quidem Hollandie comitissa regie stirpis electa matrona iii^o ydus ianuarii fuit inde defuncta ac in Middelburgensi monasterio tumulata.

Caput 59a

Defuncto penes Antiochiam Florencio comite Theodricus filius eius xi^{us} comes effectus, duxit in uxorem Adelheydim filiam illustris viri Theodrici comitis de Clivo, de qua duas excellentis forme suscepit filias, videlicet Adelheidim et Adam. Adelheydis autem Henrico domicello Gelrie desponsata fuit,

- 5 Adam vero Ludovicus comes de Loon contra voluntatem tocius Hollandiensis populi sibi coniugem desponsavit.

11 expeciit *cet* expetiit *F* peciit *GA2 ontbr M*
dirigeret *IIIM* derigeret *F* duceret *G*

12 et *t/m* contenderat *ontbr AB*, ook *Furm*; ingevoegd door *Lap*

15 viam *cetM* *ontbr AB*

16 insistens *cetM* assistens *AB*

26 dilapso *cetM* elapso *A12*
comes *cetM ontbr A12*

36 fuit inde defuncta *F* inde fuit defuncta *A* fuit indefuncta *CD* fuit defuncta *G*

Cap. 59a

2 adelheidim *GF23BC* adelheydim *GIAD* Men zie *reg. 17 en 21*

4 adam *GA3D1* adā *A12C* adan *FBD234*

7. *ChrEp. 154* Idem Wilhelmus post obitum patris a Iherusalem reversus a fratre
(= *AnnE* benigne receptus est et fraterne habitus, sed cum paulatim severius
p. 189) circa se agi intenderet et a fratre penitus despici, fratris presentiam
declinavit et . . . ad Fresones de Drechter gracia et permissione
eorum refugit, quorum auxilio fines comitatus Fresie adiacentes
frequenti incursu impugnabat.
- verg. cap. 58b* annos quinque, wat uitgerekend moet opleveren 1195.
reg. 30
18. *ChrEp. 156-7* Igitur comite Theoderico in Selandia remorante propter bellum quod
(= *AnnE* adversus comitem Flandrie Balduinum promovebat, Aleidis comi-
p. 191) tissa in Ekmunda contra Fresones belli negotia disponebat miro
ingenio singula amministrans in omnibus indefessa . . . tandem
(p. 158) Wilhelmus . . . cum infinita multitudine Fresonum Alcmar venit, cui
milites comitisse . . . in acie sua constituerunt. . . ductores et
seniores Fresonum de Winkel et Nethorp, quorum fuga precio com-
p. 159 parata fuit . . . paulatim ad vadum fluminis gradiebantur fuge
intenti, interdum quasi ad pugnam se properantes subsistebant. Hoc
a Kinemarensibus deprehenso . . . Wilhelmus vero in ipso vado
subsistit, aliquantulum renisus et fere circumventus foret, nisi
maturius fuga sibi consulisset.
- ChrEp. 159* Et hoc sui detrimentum Fresones non ipsi Wilhelmo sed sue incurie
(= *AnnE* ascribentes de cetero familiariter habuerunt. . . Igitur cum de
p. 192) Flandris victor redisset, iterato Balduinus episcopus Ekmundam
venit . . . simul et Ada comitissa, prepositus Theodericus, Otto de
Benthem de commoditate pacis tractaturi . . .
32. *ChrE p. 160-164* Hoc per episcopum et ipsum prepositum tandem elaborato Wilhel-
(= *AnnE* mus Harlem venit . . . ubi mutua et amica colloquutione inter utrosque
p. 193) pax confirmata est hoc modo, ut de thelonio Gerflit pro patrimonio
suo Wilhelmo ccc libre annuatim solverentur, homo fratris factus
pro comitatu Orientalis Fresie, ut comes de reliquo quietus esset . . .
deinde in Fresiam Orientalem a fratre sibi concessam ingressus
officiosissime receptus est.
40. *Narr. c. 13* (Wilhelmus) . . . statim a Frisonibus pro comite receptus, prope
p. 21) Oesterze castrum edificavit et cum illis de Cuyne sepius et multum
conflixit. Sed labores illius guerre et eventus diversos et plurimorum
mortes hinc inde large usque ad sexcentos occisorum tanquam nota
pretermitto.

24 eontra *cet* contra *G*
eduxit *cet* duxit *GA3*

26 nyendorp *cet* niendorp *BCD2*

30 reputarunt *cet* imputarunt *A*

34 pacis *cet* ontbr *FB*

35 insimiliter *FA12BD* insimul *A3C* invicem *G*

38 theoloneo *G23D123* tholoneo *M* theolonio *AB* theloneo *C* telonio *F* thelonio *G1D4*
gh'vliit *F* ghulic *G13* gulic *G2* gh'lic *C* gheervliet *ABD* geerfliet *M*

41 oesterzee *cetM* oesterze *A1* osterze *IIC*

42 cuunre *cetM* cuynre *A12* cunre *C* covorde *B*

44 dicioni sue *IIIGIM* sue dicioni *FG23*

Hiis temporibus, scilicet anno Domini mxcv^o, Wilhelmus de Hollandia miles ab expeditione Iherosolimitana reversus est ad Hollandiam, quem frater suus Theodricus comes primo graciose suscepit secundum debitam honorificenciam. Denique susurionum exosa suggestio seminavit invidie zelum inter fratres, ut Wilhelmus ad Drechterenses Frisones extimplo transiret et cum eis forenses Hollandie villas diurnatim impugnaret. Eodem vero tempore Balduinus Flandrie comes subintravit armata manu Zelandiam, ut expugnaret vicinam terre sue Walacriam. Quapropter Theodricus comes utrobique perplexus tum contra Frisones, tum contra Flandros populosum eduxit exercitum, quem de primatum suorum consilio subdivisit in bipartitum cuneum, quatenus unum versus Flandriam secum assumeret et alterum Aleydi comitisse pro Frisonibus expugnandis in Egmonda dimitteret. Quibus itaque gestis idem vero comes ad Zelandiam remigans, adversus Balduinum comitem grande bellum commisit, quem potenter a Zelandie finibus cum victoria profugavit. Adelheydis autem comitissa tanquam mulier imperterrita cum vexillis fulgidis et tubis stridulis ab Egmonda devenit in Alcmariam, ut iuxta preceptum domini sui rebellantem expugnaret Frisiam. Wilhelmus vero miles egregius econtra Frisingensem eduxit exercitum, non formidans adversus Hollandiensem decertare populum, et ecce commisso prelio Frisones de Winkel et Nyendorp diffugerunt pro pacta pecunia, derelinquentes ipsum Wilhelmum cum ceteris Frisonibus in mortis angustia, qui per Kinemaros in vado propulsus et fere circumventus fuit, sed post aliquantulam reluctacionem cum suis Frisonibus abinde vix aufugit. Hoc autem infortunium Frisones non ipsi Wilhelmo sed ignavie sue reputarunt, cui de cetero sine suspicione aliqua fideliter adhererunt. Igitur cum Theodricus comes de Flandris victor redisset ad Hollandiam, Balduinus Traiectensis episcopus, Theodricus maior prepositus et Otto castellanus fratres et patruus tam Theodrici quam Wilhelmi devenerunt ad Kinemariam, ut aliquam compositionem pacis invenirent, per quam discordes fratres insimiliter amicari possent. Quorum arbitrio denique diffinitum est, ut Theodricus tanquam maior natu quiete permaneret comes Hollandie et Wilhelmus de manu fratris sui susciperet in feudum comitatum Orientalis Frisie, insuper idem Wilhelmus ex theoloneo de Ghervlit ccc libras annuatim reciperet, et de cetero fratrem suum inquietare non presumeret. Terminata fuit itaque fraternalis discordia ac ipse Wilhelmus benigne susceptus est comes in Orientali Frisia. Qui penes Oesterzee castrum construxit, cum illis de Cuunre sepe confligit, e quibus plus quam quingentos viros occidit et exinde totam patriam dicioni sue potentissime subiugavit.

11 drechterenses *cet* drechtenses *A3* drechthenses *B*
 12 vero *cet* autem *G*
 balduinus *IIC* baldewinus *ABD2* baldwinus *D134*
 17 aleydi *III* aleidi *F* adelheydi *G*
 19 ad *cet* versus *AB*
 21 adelheydis *cet* adelheidis *G*
 mulier *III M* virilliter *II*

Caput 59b

2. *Narr. c. 7*
(*p. 10*) Sed frater episcopi Balduini Otto comes de Benthem sepe conquestus est, quod illi de Covordia bona sua prope ipsos sita cotidianis hospiciis et exactionibus infestarent indesinenter. Et per continuas querelas et suggestiones dominum episcopum in tantum odium induxit, quod sentencialiter contra ipsos de tempore in tempus procedens . . . et non multum post castrum obsedit . . . Dominus vero Florencius de Vorenborch, qui tunc duxerat in uxorem matrem illorum de Covordia viduam . . .
9. *p. 11*
(*cap. 7*) Et cum sic minime proficeret, Florencius et castrum suum et privignum suum Folkerum in potestatem episcopi tradidit; et ipse commisit castrum et iurisdictionem Trente cuidam militi de Hollandia, Ghiselberto de Postekin dicto, qui prudenter et optime terram gubernavit. Et post aliquot annos hec omnia commissa sunt comiti de Benthem, qui semper ad istud dominium aspiravit.
16. *p. 11* Medio autem tempore Volkerus, qui tenebatur in vinculis in castro Horst, corrupit filiam cuiusdam divitis militis . . . et eam illic duxit in uxorem. Per cuius amicos optinuit, ut a domino episcopo absolutus in hereditate sua . . . manere permetteretur.
20. Unde occulte consanguineos suos de Pedge et tres fratres de Groninghe et ipsum Groninghe oppidum quocunque modo in odium episcopi et maxime comitis de Benthem inducebat.
22. *p. 12* Ex eo accidit, quod cives de Groninghe, aliquantulum contra episcopum super suis iuribus tumultuantes . . .
Sed hunc iudicem . . . interfecit . . .
Super quo sepius redarguti et de iuramento ammoniti, quod iuraverant episcopo Harberto, ne murum erigerent, magis inflammabantur . . . et magna dissencio orta est et tanta, ut illi de Groninghe et de Pedge et domini de Covordia expulsi bona domii episcopi per totam Trentam raperant . . . et suburbium et villam Covordie potenter concremarent.
- p. 13*
24. *c. 8*
p. 13 Igitur dominus episcopus ex tali presumptione nimium . . . indignatus, duos exercitus potentes contra istos eduxit, quorum alter per Covordiam ad intrandum ordinabatur, per comitem, alter vero per ipsum episcopum per Steenwyc inducebatur. Tunc Otto comes Gelrie . . . qui . . . in auxilium episcopi advenerat per plures intercursus hoc effecit, quod predicti inimici domini episcopi . . . se . . . tradiderunt.

Caput 59b

Anno Domini mxcxvi^o cum Balduinus episcopus Trentam cum Tuenta potestative regeret, nec quispiam eum in aliquo molestare presumeret, Otto comes de Benthem per Florencium castellanum Kovordensem in curtilibus suis quamplurimum exactionatus, episcopo fratri suo continuam fecit querimoniam, ita quod ipse pontifex demum contra castellanum procederet ad excommunicationis sententiam. Indurato tandem Florencio dominus episcopus cum expeditis bellatoribus presidium Kovordense vallavit, quod cum terribilibus machinis adeo frequenter impegit, ut idem Florencius una cum privigno suo Fulkerio dedicionem expeteret, ac ipsum castrum cum suis attinenciis episcopo libere traderet. Episcopus autem expugnatum castrum commisit cuidam militi de Hollandia Giselberto Postekin ad tuendum, qui totum Trentonie dominium duxit prudentissime gubernandum. Sed episcopus ad malum omen eodem amoto milite fratrem suum Ottonem comitem constituit esse castellanum, insuper et Trentonice plebis iusticiarium, qui diu desideratum Kovordie castrum in potestate suscepit, in quo cum universa clientela sua manere decrevit. Interea Fulkerus de Kovordia vinculatus adhuc in Horst nobilem puellam duxit in coniugem, per cuius amicos hoc obtinuit apud pontificem, ut idem iuvenis patrimonii sui partem reciperet, et nunquam adversus episcopum rebellare presumeret. Sed irrita ventose rapuerunt verba procelle, quoniam idem Fulkerus a prisione laxatus agnatos et notos sibi clam adiunxit, totamque Trentam adversus comitem de Benthem cito rebellare fecit. Ita quod Groningenses primo iudicem suum interficientes contra iusiurandum ipsum opidum muro cingerent, et Trentones episcopales redditus per Trentam rapiētes, villam Kovordie cum suburbio penitus exurerent. Episcopus igitur ex huiusmodi presumptione plurimum indignatus cum exercitu forti per Kovordiam Trentam intrans, condignam ulcionem suscepit ab eisdem grassatoribus, et comes de Benthem ab altera parte per Steenwijk Trentam introiens, debitam vindictam accepit de suis hostibus. Sed Otto

Cap. 59b

- 1 potestative regeret *cet* regeret potestative *A*
 3 castellanum *FA2D* castellanum *A13B* castellaneum *C ontbr G*
 9 fulkerus *cet* ful'co *F* folkerus *G* florentio *C*
 12 giselberto *IID4* ghiselberto *BCD3* ghiseberto *DI* ghizelberto *A12* ghsyberto *A3D2*
 postekin *cet* (=bron) possekin *A12* possekin *A3*
 13 omen *cet* suum *G*
 amoto *G1ABCD124* amato *FG3D3* ammoto *G2*
 milite *III ontbr II*
 15 koverdie *cet* kovordense *A12* kovordense *A3*
 quo *III* qua *II*
 16 fulkerus *IIIF* folkerus *G*
 18 apud *II* erga *III*
 20 agnatos *FA12* agnos *A3* agnitos *CD* cognitos *B* cognatos *G*
 24 trentam *cet* (=bron) twentam *A* tuentam *II*
 26 intrans *II* ingrediens *III*
 27 steenwijk *A12* (=bron) steenwich *F* steenwijck *G1A3* steynwijck *G23* styenwich *B* steynwijch *CD34*
 steynwich *D12* Dit wijst op een grondvorm steenwick, maar deze komt nergens voor.
 28 accepit *cet* suscepit *GB*
 de *cet* a *G*

31. *Narr. c. 8*
p. 13-14 Et dati sunt obsides de Groninghe quatuor, de Trenta vero XII . . . Isti omnes cum exercitu, qui tunc solvebatur, Daventriam intraverunt. Ubi comes Gelrensis factum istorum, licet multum intenderet, non poterat terminare; sed cum indignacione ab illo loco recessit, asserens istos sub certa condicione fore datos, ita ut de omnibus hinc inde suo stateretur consilio; quod pars episcopi penitus negavit. Episcopus vero obsides suos in vincula et in diversa loca deposuit.
37. Statim Volkerus . . . cum omnibus quos subito contrahere poterat, castrum Covordie non premunitum occupat . . . et capit, in quo cum tota familia comitis ipsa domina comitissa . . . detinebatur . . . Sed ipse, . . . comitissam et omnes alios captivos per suos obsides absolvit et se iterum ad bellum et recuperacionem castri preparat.
45. *c. 9*
p. 14
p. 15 Tunc accesserunt Daventriam Conradus Maguntinus et Philippus Coloniensis archiepiscopi, ut hunc tumultum sedarent; timebant enim de futuris, maxime cum comes Gelrensis de hiis omnibus suspectus haberetur. Et ad bonum pacis ordinauerunt, quatinus omnia allodia que in Trenta fuerant spoliata . . . redintegrarentur, et domino episcopo darentur mille marce . . . et dominus Rodolphus Covordiam teneret en Trentam et servicium episcopi, prout dicunt antiqua et nova ecclesie privilegia.
50. Sed hanc ordinacionem pacis comes de Benthem penitus non admisit.
52. Unde post recessum tantorum principum dominus episcopus cum exercitu validissimo prope campos Covordie se potenter deposuit, sperans se in summo mane Trentones victurum et castrum obsessurum. Quod sine dubio evenisset, si hora vespertina, cum iam tentoria figerentur, quedam leves persone, qui stulte cum Trentonibus consagittare ceperunt, in fugam converse totum exercitum non commovissent. Qui sic . . . tumultuare inceperunt, ut omnes . . . fugam . . . arriperent . . . domino episcopo plurimum reclamante et eos miseros increpante. Sed ipse, sicut et alii, multo periculo ab illis locis paludosis plorans et quasi semivivus vix recessit.
62. *p. 16* Illo die ceciderunt de nostris viri boni et fortes circa XXX, capti vero fuerunt milites large centum et infiniti de populo.

45 maguntinensis *cet* moguntinensis *G*

46 castellanii *cet* castellani *AB*

47 per *cet* in *A*

48 roldolphus *IIA3B* rodolfus *A12D* fulkerus *C*

49 reciperet *cet* acciperet *G*

ac *cet* ab *A* *Lap* voegt achter episcopo *daarom* in et eidem

51 reverendis *cet* illis reverendis *A12* illis (*op paginaovergang*) *A 3*

58 profugientem *II* fugientem *III*

60 paulatim *G* paulatim *FA2B* paulative *A13CD*

62 in *cet* ex *A*

comes Gelrie, cuius occulto consilio Trentones animari dicebantur, episcopo
 30 venit in auxilium, suggerens tandem episcopo per amicabilem pacis inter-
 loquium, quatenus quatuor obsides de Groningia similiter et xii de Trentonia
 Davantrie perseveranter residerent, donec episcopo super excessibus plenarie
 satisfactum esset ac omne malum litis ad bonum pacis reconciliatum foret.
 Hiis itaque gestis comes Gelrie cum eisdem obsidibus Davantriam intrans
 35 placitare cepit adversus episcopum, et episcopus ipsos obsides extemplo vincu-
 lari iussit in ipsius officium. Qua de causa iamdictus comes aliquantulum
 confusus fuit et abinde cum indignatione maxima recessit. Interea Fulkerus
 de Kovordia perpendens Ottonem comitem de Benthem episcopalibus causis
 fore prepedi ac ipsum castrum minus provide premunitum, contractis
 40 armigeris sepe dictum castrum impetuose cepit, inde comitissam cum omni
 sua suppellectili captivavit. Episcopus autem amissionem castrum moleste ferens
 captivam comitissam per prefatos redemit obsides recollectitque pro novo
 bello recentes equites, cum quibus Trentam ex magna parte succendit et
 castrum Kovordie cotidianis assultibus infestavit. Cum enim hec agerentur
 45 Philippus Coloniensis et Conradus Maguntinensis archiepiscopi metuentes
 de conspiratione comitis Gelrie et castellanii Kovordie devenerunt in Davan-
 triam, ordinaveruntque per hunc modum inter utramque partem indurabilem
 amicitiam, quatenus Rodolphus verus catellanus Kovordiam cum Trenta
 secundum tenorem antiqui privilegii potestative reciperet, ac episcopo m
 50 marcas pro illatis dampnis in promptu persolveret. Sed comes de Benthem
 abscedentibus reverendis pontificibus hoc arbitrium observare renuens,
 recollectit ex parte fratris sui roboratum exercitum, ut altera die dimicaret
 adversus Kovordensem populum. Locatis itaque castris quidam temerarii
 iuvenes advesperascente iam die balistare ceperunt cum adversis Trentonibus,
 55 quos Trentones e contra sauciaverunt in modum cum clavatis missilibus, ut
 tandem predicti iuvenes dedecorose diffugerent et totum episcopalem exerci-
 tum relictis papilionibus in repentinam fugam attraherent. Episcopus autem
 ut vir imperterritus profugientem exercitum virili voce revocans parvum
 coadunavit cuneum et cum ipsis Trentonibus formidolosum inivit prelium.
 60 Sed Trentonicis incolis indesinenter accrescentibus suisque bellatoribus paula-
 tim declinantibus, idem illustris pontifex demum a bello quievit et ab ipsis
 locis palustribus cum ceteris fugientibus vix evasit. Ceciderunt autem in ipso
 conflictu xxx pugiles, capti vero fuerunt circa centum milites cum multis
 armigeris laude dignis et scutariis approbatis.

29 cuius III cum II

31 similiter cet ontbr A

37 recessit II retrocessit III

38 comitem de Benthem cet de Benthem comitem G

40 inde II et BCD ontbr A

41 sua cet ontbr G

suppellectili II suppellectuli III

42 recollectitque cet collegitque C

44 enim cet autem A12 ergo A3

Caput 59c

1. *Narr. c. 10*
(p. 16) Igitur dominus episcopus . . . comitem Gelrensem, quem omnium istorum malorum conscium et fautorem esse dicebat, potenter et cum multa milicia aggreditur, Veluam et alias suas terras depopulando. Sed comes idem viriliter se opposuit et Trentones . . . evocavit. Et comburentes Omershem et alia bona episcopatus . . . usque in obsidionem Daventrensem pervenerunt, ubi dictus comes cum multo exercitu Daventriam obsedit et multos nobiles undecim diebus continuis. Sed dux Brabancie treugas ad tempus elaboravit.
11. p. 16
p. 17 Trentones vero ad sua remeantes, omnes redditus episcopi et suorum comiti per totam Trentam assignaverunt.
14. p. 18 Ad cuius rei vindictam cum se dominus episcopus viriliter in maximis expensis apparasset et eciam pro auxilio domini imperatoris Henrici . . . Magunciam pervenisset, illic, proch dolor! quinto die mortuus est. Et ad suos antecessores apud Sanctum Martinum honorifice deponebatur anno Domini m^oc^o nonagesimo sexto.
17. *Over de sterfdatum van bisschop Boudewijn II heerst onzekerheid: Nocr. St. Pieter zegt 2 non. iunii; necr. St. Marie 5 kal. maii. Er zal in apograaf I wel een schrijffout zijn gemaakt voor de laatste datum.*

Caput 60

1. *Narr. c. 11*
(p. 18) Domino Baldewino episcopo venerabili sic mortuo et sepulto Tydericus comes Hollandie, filius comitis Florencii, et Otto comes Gelrie armata manu in Traiecto convenientes, tantam discordiam in ecclesia seminaverunt, quod quidam de fratribus elegerunt in episcopum fratrem episcopi Baldewini Theodericum, eiusdem ecclesie maiorem prepositum; huius partem fovebat comes Hollandie et tota terra Traiectensis. Reliqui vero de capitulo elegerunt Arnoldum de Ysenborch, virum nobilem et prepositum Daventriensem; huius partem assumpsit sibi comes Gelrie et omnis episcopatus citra Nodam constitutus.
9. *ChrE p. 149* 1197 cum tamen Theodericus anulo et virga imperiali episcopalia
AnnE p. 188 suscepisset . . .
11. p. 147 . . . episcopatus vero Theoderico comiti Hollandie ab Henrico imperatore committitur.

Cap. 606 comes *cet ontbr G23*7 concanonicorum *ACD canonicorum IIB*9 transycelensis *FA12CD12 transyselensis A3 transyselina G23B transycelina G1D34*

Caput 59c

Denique dictus episcopus ad partes Ycelinas deveniens recollecto militari robore dampnum illatum in comitem Gelrie tanquam fautorem ferventer ulcisci decrevit, nam et Veluam cum finitimis villis eiusdem comitatus acceptis spoliis omnino succendit. Econtra vero comes cum Trentonibus Homershem
 5 et quasdam turre episcopalis camere destruxit et Davantriam ad xi dies mangenis terribilibus infestavit. Sed dux Brabancie, cuius negligencia principalis causa fuit huius litis, culpam suam recognoscens, venit in auxilium episcopo cum quibusdam equitibus, elaborans treugas modici temporis ab utrisque partibus, quoadusque cesar Henricus ad inferiores partes descende-
 10 rat, qui inter episcopum et comitem de dominio Velue per auream bullam finem liti imposuerat. Trentones autem discedente glorioso cesare treugas elaboratas inficiaverunt, quoniam omnes episcopales redditus in Trentonia comiti Gelrie pro stipendiis assignarunt. Quapropter episcopus de prelatorum suorum consilio secessit ad Magunciam, ut glorioso cesari manifestaret hanc
 15 novam violenciam. Cum autem hic augustus super tali forefacto valde commotus esset et episcopo Balduino tanquam suo cognato manuale iuvamen erogasset, ecce presul illustris die dehinc quinta, que est xi kalendas maii, migravit ad celestem patriam, postquam annis xviii Traiectensem bellicose rexisset ecclesiam, qui deinde navigio Traiectum devectus est ac ibidem in
 20 ecclesia maiori cum exequiis congruentibus inhumatus est.

Caput 60

Postquam sepultus esset Balduinus episcopus Theodricus Hollandie ac Otto Gelrie comites armipotenter in Traiecto venientes seminaverunt exosum invidie malum in electione novi pastoris, ita quod in modum disturbarent vasallos et canonicos ecclesie Traiectensis. Quidem enim concapitularium
 5 elegerunt Theodricum de Hollandia fratrem Balduini presulis iam defuncti maiorem prepositum, cui fideliter adhesit Theodricus Hollandie comes et tota terra Traiectensis, ceteri vero concanonicorum elegerunt Arnoldum de Ysenburch prepositum Davantriensem, cuius partem assumpsit Otto Gelrie comes et tota terra Transyселensis. Henricus autem imperator Theodrico cognato
 10 suo per anulum et pastoralement baculum investituram episcopatus dedit, quynimmo temporalem iurisdictionem Theodrico comiti Hollandie gubernandam commisit, donec in Romana curia defninitum foret, quis eorum dictante iusticia pontificium obtineret.

Cap. 59c

1 ycelinas cet yselinas A Elders is de lezing met s waarschijnlijk.

4 homershem A12CD homerschem FA3 homershem B oetmarschen G1 oetmerschem G23

9 descenderat cet descenderet G

14 magunciam III magonciam F mogunciam G

19 navigio cet ontbr A

Caput 61

1. *ChrE 148*
(= *AnnE*
p. 188) Episcopatus vero Theoderico comiti Hollandie ab Heinrico imperatore committitur, et eodem comite Traiectum et circumiacentia occupante vel regente Otto comes Gelrensis omnia ulteriora fluminis quod dicitur Isle sue potestati vindicavit.
2. *ChrE 163*
(= *AnnE*
p. 189) Eodem anno Wilhelmum fratrem Theoderici comitis . . . in castello quod dicitur Horst (*AnnE* Hurst) . . .
10. *ChrE p. 148*
(*AnnE p. 188*) Factum est tandem post longam controversiam inter eosdem comites bellum apud montem qui dicitur Heimenbergh, ubi multis a parte comitis Ottonis captis et ceteris omnibus fugatis insperata victoria Theoderico cessit.
- Narr. c. 11*
(p. 19) . . . et medio tempore comes Hollandie apud Heymenberch vicit comitem Gelrie, ubi de suis multos milites captivavit.
15. (p. 18) . . . omnis episcopatus citra Nodam . . .
18. *ChrE p. 163*
(*AnnE p. 193*) . . . ad fratrem accederet, qui tunc in castro quod Hurst dicitur morabatur, procul dubio capiendus si iret . . . Venit ergo et a fratre ingratis oculis conspectus, . . . ab Henrico Grus homine sibi inimicissimo et ceteris ministerialibus fratre vidente et consentiente captus incarceratur.
22. *ChrE p. 153*
(*AnnE p. 189*) Eodem anno Wilhelmus fratrem Theoderici comitis Hollandie ministeriales ecclesie sancti Martini in Traiecto in castello quod dicitur Hurst incarcerant presente fratre et consentiente, qui post aliquantulum fuga elapsus ad comitem Gelrensem Ottonem venit, cuius filiam nomine Aleidim desponsavit.
24. *ChrE p. 137* . . . imperator Fredericus cum . . . comite Hollandie Florentio et comite Gelrensi Ottone . . .
24. *Narr. c. 13*
(p. 21) . . . Wilhelmum cui Otto comes Gelrensis dederat in uxorem filiam suam . . .

Caput 61

Itaque Theodricus comes propugnator sive tutor episcopatus existens ac in castro quod dicitur Horst cum tota sua curia manere disponens episcopales redditus ex imperiali precepto curiose collegit, sed obstante consilio comitis Gelrie de partibus Transyvelinis nihil omnino recepit. Quapropter idem Theodricus comes coadiunctis sibi robustis bellatoribus tam ex Hollandie quam ex Zelandia cum cornibus horrisonis et vexillis fulgidis universum pagum Velue potenter incendit magnamque predam multimode facultatis secum gloriosius asportavit. Nec mora quin et Gelrie comes contractis pugilum immensis copiis cum tubis stridentibus et signis coruscantibus Hollandie comitem usque montem Haymonis festinanter insecutus est, quatenus raptam predam potenter excuteret et pro illata sibi contumelia crudele bellum ageret. Et ecce concurrentibus in invicem utrisque partibus cruentum bellum inhorruit, in quo stridor balistarum, tinnitus gladiatorum, fragor hastarum et hinnitus equorum terribiliter invaluit. Demum post utriusque partis horrendum excidium Otto comes Gelrie suis paulative (!) diffugientibus trans Nodam in equo cursatili retrocessit et Hollandie comes fugitivos hostes cursu celeri subsecutus copiosum numerum plebis et milicie captavit. Hiis itaque gestis Wilhelmus Orientalis Frisie comes hac audita victoria gavisus primo venit ad Hollandiam, deinde secessit in Horst ut fratris sui visitaret presenciam. Quem Theodricus comes iussit extemplo per Henricum Grus apprehendi ac in prisone carceris districtissime catenari. Modico tamen dehinc elapso tempore iamdictus Wilhelmus comes disruptis claustris a captivitate clam exiens spe protectionis devenit ad Ottonem comitem Gelrie, a quo per dies aliquot detentus fuit in contubernio magne leticie. Novit enim idem Otto comes eundem Wilhelmum comitem in Terra Sancta virum strenuum et illustrem, quapropter dedit eidem Adelheidim suam filiam in uxorem. Ex qua genuit Florencium Hollandie comitem, Ottonem Traiectensem pontificem, Wilhel-

Cap. 61

- 1 episcopatus existens *cet M* existens episcopatus *A*
 3 collegit *cet* recollegit *A2*, waaruit *Furm en Lap*
 5 coadiunctis *III* quoadiunctis *F* adiunctis *G*
 10 insecutus est *IIIG1* insequutus est *F* institutus est *G23*
 11 contumelia *cet* iniuria *GB*
 12 in invicem *cet ontbr A*
 14 invaluit *cet* inhorruit *G*
 15 paulative *cet* paulatē *A2B* paulatim *G*
 18 wilhelmus *cet ontbr A*
 primo venit *IIA* pervenit *BCD*
 19 secessit *III FM* venit *G*
 in *cetM* ad *A*
 20 henricum *IIA1BCM* heinricum *A2* heyinricum *D*
 23 devenit *cetM* devenerit *A12* deve^l *A3*
 24 enim *cetM* autem *G*
 26 adelheidim *IIC* adelheydim *ADM* aleydem *B*
 suam filiam *GAD* filiam suam *FBC*
 eidem *cet* geplaatst *na* filiam *G*
 27 florencium hollandie comitem *ABM* hollandie florencium comitem *D* florencium comitem
 hollandie *G* florencium comitem *F* hollandie succedentem comitem florencium *C*

29. *ChrE p. 164-5* Filiam comitis Ottonis honorifice ad se deductam uxorem duxit, nuptiis Stavren celebratis.
30. *p. 164* . . . deinde in Fresiam Orientalem a fratre sibi concessam ingressus officiosissime receptus est, de fuga vel salute eius omnibus congruentibus.
31. *ChrE p. 165* Eodem anno Otto comes Gelrensis et Theodericus Hollandensis
(*AnnE p. 194*) reconciliantur, que reconciliationis sive pacis concordia usque adeo inter eos convaluit ut Theodericus comes filiam suam Aleidem nomine filio comitis Ottonis, cuius nomen Henricus, desponderet, sed idem puer non multo post languore correptus moritur et Rinesburch tumulatur.
36. *ChrE p. 149* 1197 Theodericus et Arnoldus, qui Romam profecti fuerant, longam
(*AnnE p. 188*) disceptationem coram Apostolico de sua substitutione habuerunt . . . Sed cum more diutine disceptationis protrahuntur, Arnoldus mense iunio moritur, Theodericus consecratur, qui repatrians apud Papiam moritur.
36. *Narr. c. 11* Tandem . . . ambo electi pro suis iuribus ad curiam Romanam perre-
(*p. 18*) xerunt, ubi deductis gravibus expensis Arnoldus electus obtinuit et statim illic mortuus est. Tunc papa dominam Theodericum in episcopum consecravit, qui in suo reditu apud Papiam occubuit.

Caput 62a

1. *Narr. c. 12* . . . quendam Theodericum de Are, virum nobilem et personatum,
(*p. 19*) multa sapientia preeditum, in consiliis . . . discretum et expeditum, nutritum in curiis imperatorum et omnium discretorum discretissimum, qui tunc prepositus fuit in Maestricht . . . in episcopum eligunt . . . Qui tempore electionis sue cum imperatore Henrico in Sicilia fuit . . . novus electus ad suam ecclesiam cito pervenit vocatus. Quam in maximis debitis hinc inde irretitam invenit.
5. *Narr. c. 13* Idem vero Wilhelmus episcopum Theodericum, qui in Frisiam intra-
(*p. 21*) verat et in illa forte sex septimanis iurisdictiones et spiritualem et temporalem, tamquam episcopus et comes, exercuerat et ex suis iuribus aliquantulam pecuniam in sua paupertate collegerat, in ipso monasterio Stavrie post missam potenter et armata manu captivavit. Sed in continenti cives Stavrie et alii Frisones, qui illic tunc affuerunt, episcopum de manibus comitis in momento potenter eripientes . . . et episcopus . . . sine dampno Traiectum revertebatur.

Cap. 62a

- 4 aggravatum *cet* gravatum *A*
8 diebus illis *II* illis diebus *III*
10 osterze *II* oesterzeó *III*
13 cum t/m remigarunt *cet* ontr *A*

- mum presidem, Adam abbatissam Rinesburgensem et Richardim devotissimam monialem. Nuptiis vero magnifice celebratis in Stavria, sepe dictus
 30 Wilhelmus gloriose receptus est in Orientali Frisia.
 Eodem anno Theodricus Hollandie ac Otto Gelrie comites ab omni controversie discordia reconciliati (!) sunt in hunc modum, ut Henricus filius Ottonis comitis Gelrie duceret in uxorem Adelheidim filiam Theodrici comitis Hollandie, sed ambo post modicum tempus defuncti sunt ac in Rinesburgensi
 35 monasterio luctuosis funeralibus inhumati sunt.
 Anno Domini mcxcviii^o Theodricus et Arnoldus electi Traiectenses episcopi per diffinitivam Innocencii pape sententiam finem litis habuerunt. Arnoldus etenim primo pontificium obtinens xxx^{us} episcopus consecratus est, qui post tempus exiguum viii ydus aprilis in urbe Romana mortuus et sepultus est.
 40 Deinde dictus apostolicus Theodricum xxxi^m consecravit episcopum, monens ut continuo rediret ad commissum sibi populum. Hic ergo Theodricus Traiectum redire disponens Papie defunctus est, qui ibidem catholicis exequiis honorifice tumulatus est.

Caput 62a

- Post obitum duorum pontificum predictorum Theodricus de Are prepositus Traiecti Superioris xxxii^{us} electus est episcopus, vir illustris et prudens consiliarius. Hic a Sicilia de negociis imperialibus ab ecclesia vocatus Traiectum festinanter advenit totumque pontificium expensis innumeris aggravatum
 5 invenit. Quapropter et ipse de prelatorum suorum consilio primo secessit ad Orientalem Frisiam, ut tam de precaria quam de iusticia Frisonice plebis aliquantulam posset aggregare pecuniam. Sed Wilhelmus de Hollandia existens diebus illis ibidem comes exactionem sue gentis indigne ferens ipsum episcopum in monasterio Stavrie post missarum celebrationem armata manu
 10 cepit, quem eciam captum ad presidium suum penes Osterze festinanter abducere decrevit. Quidam autem monachorum et Frisonum viri timorati, metuentes per temeritatem comitis eterne maledictionis innodari sententia, dominum episcopum a captivitate comitis violenter eruerunt, cum quo Traiectum repentino navigio remigarunt. Quibus itaque gestis, Theodricus Hollandie
 15 ac Otto Gelrie comites inierunt adversus eundem episcopum validam conspirationem pro eo quod idem pontifex contra Wilhelmum Orientalis Frisie comitem pridem movisset hostilem contencionem. Nam et comes Hollandie fuit eiusdem Wilhelmi frater nichilominus et comes Gelrie socer.

28 rinesburgensem GCD renburgensem F reynsburgensem A12 rijsburgensem A3 r'gsburgensem B in rijsburch M

richardim cetM ricardim F ricardam B

34 rinesburgensi als in reg. 28, alleen reinsburgensi F reynsberghensi D2 in reynsburch M

40 deinde GA denique F demum cet

42 redire cet venire AC

Caput 62b

1. *Narr. c. 14*
(*p. 22*) Theodericus comes Hollandie . . . et plurimi ministeriales ecclesie secum contra episcopum coniuraverunt . . . Isti malo aliud malum maius accrevit, videlicet quod Daventria dominum suum penitus sprevit et Ottonem comitem Gelrie in se pro domino et defensore suo recepit.
2. *ChrE p. 169*
(*AnnE p. 194*) 1202 Theodericus comes Hollandie Theodericum episcopum Traiectensem bello aggreditur . . .
4. *ChrE p. 174*
(*AnnE p. 185*) Comes Sutphanie Otto a duce dolose capitur, cum ad eum in pace descendisset, ducatu regis Ottonis et episcopi Colonie Adolfi.
5. *Narr. c. 14*
(*p. 22-23*) Sed beatus Martinus suo episcopo in brevi tempore sic providit, quod predicti comites . . . ambo divino iudicio a duce Brabancie capiebantur et in vincula deponebantur.
9. *ChrE p. 172-1*
(=*AnnE p. 194-5*) Idem comes munitionem ducis de Loven que dicitur Busch expugnatam capit et infinitam predam diripit, capto fratre ducis Wilhelmo et Henrico de Kuk et multis aliis tam militibus quam peditibus. Dux vero in ultionem iniurie sue valida manu tam suorum quam aliorum principum, potentium, nobilium, quos de diverso contraxerat, episcopi videlicet Colonie, episcopi Leodii, ducis de Limburgh, comitis Flandrie . . . eundem comitem Theodericum in loco villaque et castro quod de Husden dicitur, bello aggreditur et capit.

Caput 62c

1. *ChrE p. 173*
(=*AnnE p. 195*) Preterea episcopus Traiectensis Theodericus, sperans comitatum sine defensore desertum, quedam loca comitatus incendio consumit, predas contrahit . . .
3. *Narr. c. 14*
(*p. 23*) Tunc episcopus sicut vir discretus, tempus sibi a Deo datum non obdormiens, subito miliciam blandiciis, donis et promissis . . . cum multo concursu colligit. Hollandiam uno die invadit, rapit, devastat et incendit. . . .
5. *ChrE p. 173*
(=*AnnE p. 195*) . . . sed usquequaque res ei in prosperum non cessit, captis de parte eius plurimis militibus et peditibus et multis vicis combustis.

Caput 62b

- Otto quidem comes Gelrie totam terram Transycelinam propulsis officialibus episcopi dicioni sue subiciens, Davantriam suo satellicio communivit, Theodricus autem comes Hollandie totam terram Cisycelinam depopulans fixis papilionibus Traiectum in girum vallavit. Sed ecce prefatus Otto Gelriensis
- 5 comes eodem tempore dolose captus est a duce Brabancie, sub conductu regis Ottonis et Adolphi archiepiscopi Coloniensis (!). Quamobrem Theodricus Hollandie comes volens Ottonem Gelriensem suum complicem eruere de prisione ducis dissolvit obsidionem ab urbe Traiectensi, ac oppidum ducis quod Busch dicitur circumobsedit in manu forti, quod tandem die vii^a mensis
- 10 septembris armipotenter intravit, Wilhelmum fratrem ducis ac Henricum de Kuyk cum plerisque militibus cepit, et cum preda multimode suppellectilis ad Hollandiam navigare decrevit. Dux vero Brabancie precellentes principes interim ad auxilium suum invitaverat, utpote Coloniensem archiepiscopum, Leodiensem episcopum, ducem Limburgie et comitem Flandrie, quorum
- 15 auxilio Theodrico comiti viam redeundi festinanter anticipaverat. Theodricus ergo comes ex magnanimitate sua cum tubis stridentibus et vexillis rutilantibus in castro sive villa quod Hoesden dicitur eisdem principibus occursare presumpsit, sed devictis extimplo cunctis Hollandris idem comes ibidem captus fuit.

Caput 62c

Interea Theodricus episcopus attendens tam Hollandiam quam Gelriam absque defensore desolatam, coadunavit blandimentis et donis electam miliciam, cum qua festinanter ingressus est Hollandiam, ubi predam copiosam extimplo contraxit, quam instante noctis umbra secum intra muros urbis

Cap. 62b

- 3 cisycelinam *cet* transycelinam *GB*, in *G3* met *latere hand verbeterd* in *cys-*
 4 girum *G* giro *F* gyrum *III*
 otto gelriensis (gelrie, ghel-) comes *FGIBCD* otto comes gelriensis *G23* comes gelriensis *A12*
 comes ghelrie *A3*
 6 adolphi *II* odolfi *A* odolphi *BC* odulfi *D*
 coloniensis *cet* colō *A2*. *Het moet rijmen op Brabancie; dat in de bron Colonie staat, is natuurlijk van minder belang.*
 7 gelriē (gh-) *FBCD* ghelrie *A onbr G*
 9 busch *GBD* buch *F* buscum *A* busk *C*
 die vii^a *IIA12BC* die vii^o *A3* die quarta *D*
 11 kuyc *D134* kuyck *D2* kuic *B* kuch *FG3* cuyck *G2* busch *G1A12* busk *C* de buschum plerisque *A3*
uit: de busch cum plerisque
 12 vero *cet* enim *G*
 13 invitaverat *cet* invocaverat *A*
 15 viam redeundi *cet* redeundi viam *A*
 16 ergo *cet* autem *G* igitur *A12C*
 rutilantibus *cet* choruscantibus *G*

Cap. 62c

- 1 attendans *cet* intendens *A*

10. *Narr. c. 14* ... et sequenti crastino Veluam ascendit et depopulatur ... Sut-
(*p. 23*) phaniam obsedit, Daventriam intrat ... et innumerabilem pecuniam
merito ab illis recepit.
12. *Narr. c. 14* ... dicti comites, tandem a captivitate absoluti, non multo post
(*p. 23*) debitum humanitatis impleverunt.
13. *ChrE p. 173* Dux et comes Theodericus reconciliantur ...
(=*AnnE*
p. 195)
13. *Chr. p. 173-4* ... datis a comite duobus milibus marcarum.
(=*AnnE*
p. 195)

Caput 63a

1. *ChrE p. 195* 1203 Obiit Theodericus comes Hollandie undecimus ...
(=*AnnE*
p. 195)
2. *ChrE p. 176-9* Cum ergo predictus comes valida egritudine gravaretur in villa que
(=*AnnE* Dordrecht dicitur ac dubium non foret ei de hac statione migran-
p. 195-6) dum, fratris presentiam debito germanitatis requisivit, ut vel eius
cure filiam suam Adam nomine commendaret, aut de provisione
comitatus cum reliquis principibus secum ageret. Quod ne fieret
Aleydis comitisse solertia diligenter interceptit, magis, ut post patuit,
intendens sue dispositioni omnia subigi que iam animo con-
ceperat: filiam comiti de Loen despondere et sic Hollandensem
comitatum sub eius dominatu transponere.
10. *Chr. p. 182* Qui ... vicinam mortem comitis Holtena prestolans, cuius obitu
(=*AnnE* nunciato festinato Dordrecht occurrit et corpore comitis locello
p. 196) ligneo iam incluso et in exequiis posito nobilis puelle sponsalibus
iocundatus est. Et erat miserum videre nobilissimi comitis reveren-
tiam tam subito disparuisse, ut pro fletu et planctu, qui tanti principis
exequiis debebatur, letitia sponsalium sonuerit ... Igitur corpus
navi impositum et Ekmundam delatum est iuxta predecessores suos
tumulandum ...

Cap. 63a

- 2 querulare *cet* querulari *G*
3 sui fratris *III* (*rijm*) fratris sui *II*
4 nichil ante mortem *cet* ante mortem nichil *GD34*
5 adam nomine *cet* nomine adam *G*
preclaram puellam *II* puellam preclaram *III*
6 adelheidis *II* adelheydis *ACD* aleidis *B*
11 ludovicus *cet* lodowicus *G* *Aldus op alle andere plaatsen, behalve reg. 7* ludowico *F*
14 subito *II* cito *III*
16 egmonde *cet* egmondam *A12*

- 5 potenter abduxit. Hollandienses autem milites cum vulgo pro rapina reducenda perneciter insecuti, quosdam equites in itinere retardatos prendiderunt ac in reversione plures villas episcopatus favillatenus inflammaverunt. Crastina dehinc exorta luce cum aurore iubar graminosam terre superficiem stillicidio roris aspergeret, idem episcopus de procerum suorum consilio pagum
- 10 Velue cum expedita milicia potenter exussit, Zutfaniam obsidione cingens cepit et exinde Davantriam intrans a fautoribus capti comitis gazam maximam exquisivit. Eodem anno Theodricus comes Hollandie libere laxatus est a captivitate ducis Brabancie. Nam et idem comes prefato duci duo millia marcarum pro illato dampno persolvit, cum quibus ipse dux oppidum suum
- 15 reparavit. Eodem vero tempore Theodricus Traiectensis episcopus et Theodricus Hollandie comes consimiliter ad unionem pacis sunt perducti, qui deinde cunctis diebus vite sue semper amici fidelissimi sunt effecti.

Caput 63a

- Anno Domini mccciii^o Theodricus comes apud Dordracum laborans circiter agonem sue mortis, quamplurimum querulare cepit absentiam Wilhelmi comitis Oestfrisie sui fratris, presertim quod de provisione comitatus cum ipso nichil ante mortem egisset, aut certe quod unicam filiam suam Adam
- 5 nomine, preclaram puellam et nubilem, tutele sue minime commendasset. Comitissa quidem Adelheidis econtra perperam intendens proposuit ipsam puellam Ludovico comiti de Loon despondere et sic cum extraneo principe comitatum Hollandie pro suo beneplacito gubernare. Theodricus vero comes interim ii nonas novembris requievit in pace Creatori reddens animam, post-
- 10 quam annis xiii bellicose rexisset Hollandiam. Cuius obitu iam cognito Ludovicus de Loon ab Holtena Dordracum festinanter advenit et secundum Adelheidis comitisse preordinacionem Adam puellam de regali stirpe progenitam in festino gaudio sponsam accepit. Et erat miserabile spectaculum intueri tam subito magnifici comitis disparuisse reverenciam, ut Adelheidis
- 15 comitissa sepositis funeralibus exequiis –proch pudor!– sponsalem auderet celebrare leticiam. Sed quid plura? Comitissae examime corpus Egmonde devecum est, quod ibidem apud anteriores comites in capella sancti prothomartiris honorifice tumulatum est.

Cap. 62c

- 6 perneciter insecuti *cet* persecuti *G*
 7 inflammaverunt *IIB* inflammarunt *ACD*
 9 *de cet ontbr G*
 10 velue *II* value *III*
 zutfaniam *FBCD4* zuitfaniam *D3* zuytfaniam *A12D12* zutphaniam *GA3*
 12 exquisivit *cet* acquisivit *A*
 13 ducis *cet ontbr G*
 14 cum *t/m* reparavit *cet ontbr A*

Caput 63b

1. *ChrE p. 183*
(= *AnnE*
p. 197) Wilhelmus, qui in Orientali Fresia morabatur, a fratre sibi concessa, obitu fratris cognito festinanter ad locum currit qui dicitur Sipe, et licentia non impetrata ut vel ad tumulum fratris accederet et rediret, in ulteriorem ripam Fresie tristis et dolens se recepit.
4. *p. 183*

p. 184

p. 185
(= *AnnE*
p. 198) Sed in hac angustia, que nimis eum invenerat, aliquantulum relevatus est quorundam principum solatio, qui ad eius compassionem totum animum inflexerant, vita et rebus se illi annectere, inter suos tum parentum copiosa familia tum rerum satis habundanti affluentia viri potentes et nobiles. Quorum vel primi Philippus de Wasner, Iohannes de Rijswijc fuerunt, annitentibus in id ipsum Symone de Harlem –licet postmodum ad Lodewicum se contulit–. Wilhelmo de Teilinc, Waltero Ekmundensi, Alberto Baniard, Iacobo castellano de Leiden, quos novi principis iam peniteret, nova iura, novas institutiones animo sibi proponere . . . animum femineum mobilem, . . . Igitur secreta legatione Wilhelmus accitus intempeste noctis silentio ad Philippum venit, a quo votive susceptus est . . . Sed a Selandensibus, qui eo advecti adventum eius prestolabantur, gratanter recognitus et officiosissime receptus est . . . Cum igitur ad proprium portum scilicet Syricse venissent . . .
14. *p. 186*
p. 187 . . . in principem et dominum confirmatur . . . Walterus et Albertus summo studio Kenemar ad partes Wilhelmi continuerunt. . . Harlem festine se proripuit, ubi Lodewicus et Aleydis . . . venerant . . . consternati festino navigio cum Ghiselberto de Amstel recesserunt . . . Sed elapsi Traiectum venerunt fuge sue testimonium ipsimet circumferentes. Filia vero Aleydis comitisse materno destituta solatio ad urbis presidium, quod est in Leydis, una cum Rudgero (*AnnE* Rotgero) de Merhem et Ost de Burne (*AnnE* Burn) et aliis quibusdam militibus et armigeris et balistariis comitis Lodewici anxie fugit.
16. *p. 188*
19. *p. 189*
21. *p. 190*
22. (= *AnnE*
p. 199) Sed velociter tota Kinemaria ad eandem munitionem affuit ducatu Walteri et Alberti, nec minus segnis Philippus . . . Omnes etiam pagi circumiacentes Rheno pari conspiratione venerunt.
25. *ChrE p. 190*
(= *AnnE*
p. 199) *p. 191* Nam et victualium in brevi defectus audaciam resistendi minuerat. Transierunt ergo in potestatem obsidentium obsessi, vita cum salute membrorum impetrata . . . Filia vero comitisse Wilhelmo cognato suo tradita liberaliter ab eo est habita . . . Et hec omnia facta sunt Wilhelmo comite in maritimis adhuc constituto, qui rebus suis circumspecte dispositis Hollandiam rediit . . .
29. *Narr. c. 16*
(*p. 25*) Wilhelmo . . . qui per quosdam Selandenses . . . neptem suam . . . cepit et Texele misit . . . in custodia servandam.

Caput 63b

Interea Wilhelmus comes Orientalis Frisie percepta fratris sui morte dolenter venit ad portum Zipe, conductum ulterius impetrare nequiens ut ad tumulum fratris suis securus accederet et expletis exequiis ad Frisiam sine dilacione discederet. Cui plerique nobiles Hollandie compassi sunt, eique firmissima
 5 conspiracione federati sunt, utpote Florencius frater suus Traiectensis prepositus, Otto comes de Benthem ipsius patruus, Iacobus Leydensis castellanus, Philippus de Wassenaer, Symon de Harlem, Wilhelmus de Teyling, Iohannes de Rijswijc, Walterus de Egmonda et Albertus Baniard milites, demandantes ipsi Wilhelmo comiti, quod sub pacta fide securus ad eos transiret, et principatum hereditatis sue potenter occuparet, presertim cum a primoribus
 10 Hollandie decretum esset quod a mobili muliere nollent regi, nec extraneum principem super eos aliquatenus dominari. Wilhelmus itaque comes hac clandestina legacione vocatus ducatu Philippi de Wassenaer ad portum de Zirixe latenter advectus est, ubi mox a Zelandiensi populo gratanter in comitem exaltatus est. Walterus vero de Egmonda et Albertus Baniard cum
 15 Kinemaris insultum fecerunt interim in Harlem adversus Ludovicum comitem de Loon ac Adelheidim Hollandie viduam, ita quod ambo citra noctis caliginem una cum Giselberto de Aemstel prope diffugerent et ad civitatem Traiectensem pro subsidio tenderent. Ada vero iuvenula materno destituta
 20 solacio cum Rogero de Merhem et Ost de Buren militibus cunctisque balistariis Ludovici comitis ad presidium Leydis anxie confugit et ibidem impetum adversariorum suorum obstare decrevit. Sed indomita gens Kinemarie ducatu Walteri de Egmonda quantocius illic affuit, nichilominus et plebs Rijnlandie conductu Philippi de Wassenaer ibi defuit. Que fortiter ipsum presidium illic
 25 assilientes cum sagittis et fundibulis, impegerunt turres et menia cum diversis ingeniis, quoadusque prefati milites urgente penuria victualium in dedicionem transirent ipsumque presidium Kinemaris libere resignarent. Wilhelmus igitur comes omnem rem gestam festinanter intelligens, devenit ad Hollandiam et neptem suam Adam cum pedissequis custodiendam transmisit ad Texaliam.
 30 Qui totum exinde comitatum sue dicioni subegit et de prediis suorum infidelium prout voluit ordinavit.

Cap. 63b

- 1 comes orientalis Frisie *cet* orientalis Frisie comes *A23* orientalis Frisie *A1*
 percepta fratris sui morte *cet* percepta morte fratris sui *G*
 3 dilacione *cet* deliberacione *A*
 5 tralectensis prepositus *cet* prepositus traiectensis *C* prepositus maior *A*
 7 teyling *II* teylingen *III*
 8 baniard *II* baniart *BD3* baniaert *A3D124* b̄arard *A1* barard *A2* b'nardi *C*
 9-10 et t/m occuparet *cet* ontr *A*
 10 primoribus *II* primatibus *ABC* primioribus *D*
 14 zirixe *AD134* zirixze *F* zerixe *G3* zeryce *G2* zerixze *G1* zierixe *C* zyrizee *D2* ziericzee *B*
 advectus *IIC* devectus *BD* adductus *A*
 17 citra *cet* circa *G*
 18 giselberto *II* ghiselberto *III*
 23 illic *cet* illuc *AB*
 30 sue dicioni *cet* dicioni sue *A*

Caput 63c

1. *ChrE p. 191* Anno igitur Domini mccciii Lodewicus sue non immemor iniurie
(= *AnnE*
p. 199
p. 192
p. 193/194
(= *AnnE*
p. 200)
p. 195/196 Anno igitur Domini mccciii Lodewicus sue non immemor iniurie totus ad vindictam toto animo surrexit, cognatos amicos quorum erat numerus appellare, multam solidorum conventionem polliceri, ea que ad manum habebat large expendere non differt . . . concurrentibus in adiutorium eius summis principibus episcopo videlicet Leodiense, duce de Limburgh, comite de Flandria . . . Preterea Theodericum episcopum Traiectensem in amicitias et opus belli secum attraxit, promissis eidem episcopo duobus milibus et eo amplius talentorum, et ut promissorum fides certior haberetur, fratrem eius comitis obsidem accepit.
8. (= *AnnE*
p. 200) Accepto tamen consilio ad Selandenses se contulit, Walterum et Albertum Kinemarensibus prefecit . . . Wilhelmo de Teilinc, Philippo de Wasner et ceteris fidelibus pagos Rheno circumiacentes vicinos episcopatu delegavit. Qui idonee iniuncta sibi prosequentes loca defensionis constituerunt, unum in loco qui dicitur Busch, alterum circa Rhenum Suadenburgh, grandi et lato fossato aditum hostibus obstruentes. Walterus et Albertus, non segnes, executores commisse sibi procurationis, . . . ad naves convolare, Kinemarensibus indixere die condito, ut communi impetu aggerem Amestel interrumperent, ut impetus aquarum interclusus libero meatu defluens agros occuparet et loca circumiacentia devastaret . . . Hoc prospero successu Kinemarenses animati, terram . . . ditioni Ghiselberti de Amestel subiectam totam fere incendiis absumpserunt, infinitas predas . . . contrahentes.
17. *p. 197* (= *AnnE*
p. 200) Inter que domum Ghiselberti honorifice structure favillatenus exusserunt . . .
p. 198 (= *AnnE*
p. 201) et sic omnia usque Brukleth . . .
19. *ChrE p. 198* Episcopus Traiectensis tante calamitatis maiore occasione adductus,
AnnE p. 201 omnimodis hec ulcisci statuit . . .
20. *Narr. c. 15* . . . dominus episcopus . . . ipso anno in vigilia Iohannis Baptiste
(*p. 24*) terminos comitatus prope Midrecht personaliter impugnavit, ubi in continenti vicit et fugavit comitem de Benthem . . . Et statim ipse solus in levi equo . . . cum tota milicia pedes per paludes versus Suadeburch contra alium magnum exercitum pugnaturi festinabant.
20. Vigilia Joh. Bapt. *is 23 en niet 24 juni.*
- 17-34. *ChrE p. 198* usque ad Brukleth subiugantes, datis obsidibus . . . et valido exercitu
(= *AnnE*
p. 201) contracto ad municionem quam Florentius tuebatur multo militum
p. 199 suorum labore pervenit . . . si . . . milites Hollandenses qui cum Florentio falsa fide in munitione morabantur ad episcopum non transfugissent. Facta ergo irruptione Florentium captus est et in castro Hurst invinculatus . . . episcopus regionem potenter optinuit . . . Leyden venit . . . Interea Lodewicus . . . Hollandiam intravit . . . Itaque Hollandia subiugata . . . Lodewicus cum omni manu suorum sequacium episcopo se coniunxit in Leyden (*AnnE*: Leythen) . . .

Caput 63c

- Ludovicus itaque comes totus ad vindictam econtrario consurrexit, qui episcopum Leodiensem, ducem Limburgensem et comitem Flandriensem in ipsius auxilium pro stipendiis subarravit, specialem tamen confidentiam habens in potestate Theodrici episcopi Traiectensis, quem pro summa duorum millium talentorum acquisivit in iuvamen iam instantis prelii, promittens quod de manu sua comitatum Hollandie reciperet in feodum, super quibus fratrem suum eidem episcopo dedit obsidem. Wilhelmus autem hiis agnitis Walterum de Egmonda et Albertum Baniard Kinemariis preficiens, Philippum de Wassenaer et Wilhelmum de Teyling Rijnlandris preferens ad Zelandiam secessit, ubi cunctos incolas in ipsius aditutorium invitavit. Nec mora quin Philippus et Wilhelmus antedicti milites duas fortes municiones cum propugnaculis extruxerunt, quarum unam Florencio Traiectensi preposito sitam in Busch, reliquam autem Ottoni comiti de Benthem sitam in Suadenburch ad tuendum fidelissime commendarunt. Walterus quidem et Albertus prefati milites Kinemaris induxerunt classem assumere, aggerem interrumpere et prata tocus Aemstellandie submergere. Qui continuo totam dicionem Giselberti de Aemstel usque Broiclede tam aquis quam incendiis everterunt et exinde cum ingenti preda multimode facultatis Kinemariam remigarunt. Episcopus vero Theodricus hanc ulcisci volens iniuriam, die xxiii^a mensis iunii prope Midracum personaliter intravit Hollandiam, ubi comitem de Benthem fugavit a prelio et exinde plures villas hostili conflagravit incendio. Hiis itaque prospere succedentibus, idem pontifex levem equum solus ascendit, pedestrem exercitum trans paludes sequi iussit, et de plerisque villis singillatim obsides accepit, donec ad municionem quam Florencius prepositus tuebatur laboriose deveniret, et eandem cum expeditis bellatoribus expugnaret. Episcopus igitur hanc municionem leviter obtinuit absque gravi dispendio, quoniam milites de terra Traiectensi deserentes prepositum fugerunt ex eodem presidio, asserentes se nequaquam episcopo velle resistere, nec adversus eorum verum dominum rebellionem committere. Itaque Florencius prepositus non habens ultra resistendi copiam illic apprehensus est, qui in

Cap. 63c

- 1 Ludovicus *cet* ludovicus *G*
itaque comes *cet* ergo comes *A3* itaque de loon comes *A12*
- 2 et *cet* *ontbr* *G*
in ipsius auxilium *cet* *ontbr* *A*
- 3 subarravit *IIA* *ontbr* *C* expeciit *BD*
- 4 traiectensis *cet* *ontbr* *A*
- 10 cunctos *cet* cunctas *A12*
- 14 ad tuendum *cet* ad tuendam *A*
- 16 aemstellandie *GC* amstellandie *F* aemstlandie *A12* aemsterlandie *BD*
- 17 broiclede *D* b^obroiclede *F* (waarschijnlijk uit: b^oclede) broyclede *G13C* broeyclede *G2* broclede *A13*
broickde *B* usque *br.* *ontbr* *A2*, maar is reeds door *Furm* ingevoegd
- 18 everterunt *GAB* everserunt *FCD*
- 22 levem equum solus *cet* solus levem equum *G*
- 25 laboriose deveniret *cet* gloriose devenirent *A13* gloriose revenirent *A2*
- 28-29 nec t/m committere *cet* *ontbr* *A*

35. *ChrE* p. 194
 (= *AnnE*
 p. 200)
 (= *AnnE*
 p. 198)
- Plures etiam militum Hollandensium, Isbrandus scilicet de Harlem et frater eius Gerardus, Iohannes Persiin (*AnnE*: Persin), Arnoldus de Riiswiic (*AnnE*: Riswic) et frater eius Henricus (*AnnE*: Heinricus) et alii multi, cum favore comitisse, tum odio Wilhelmi.
 . . . Walterus de Ruven . . . totus enim Lodewico favebat . . .
38. p. 200
 (= *AnnE*
 p. 201)
- Episcopus vero et comes pro libitu suo omnia agentes et disponentes Harlem venerunt (*AnnE*: pervenerunt), ubi Kinemarenses navali exercitu applicantes irruptionem in episcopum meditati, cum nichil profecissent, nichil melius quam deditonem estimantes sub conditione quingentorum talentorum accepta pace recesserunt.
47. p. 200-1
 (= *AnnE*
 p. 202)
- Lodewicus autem alas victorie sue usque ad Ekmundam extendens, possessionem Alberti (Alberti Baniart W. Proc.) et villam que dicitur sancte Agathe ditioni eius subiectam in cineres redegit . . . Episcopus, cuius exercitum defectus necessariorum iam occupaverat, gavisus de pecunie promissione sed sollicitus ne quovis modo reditu interciperetur, festinus ad propria rediit.
- Het gaat hier om het eerste deel van het Chronicon van Willelmus Procurator, d.i. zijn afschrift van Annales of Chronicon Egmund.*
54. p. 201
 (= *AnnE*
 p. 202)
 p. 202
- In augmentum vero calamitatis et miserie comes de Name, procurator Flandrie, . . . Walacriam sue ditioni subiecit. Hugo de Voren (*AnnE* Hugo) fere totam Selandiam acceptis obsidibus ad partes Lodewici reflexit et idem illuc venerat. Wilhelmus undique fugatus et requisitus piscatoria nave retibus intectus mirabili eventu evasit . . . Sed cum Hugo modum potestatis insolenter excederet, Selandenses maiorem sui depressionem timentes habito consilio et mutuo data fide eundem Hugonem probrose expulerunt, Wilhelmum requisitum et inventum in principem et dominum exaltaverunt. Quorum benivolentia in se confirmata litteris Waltero de Ekmunda (*AnnE*: Waltero) denunciavit, ut quanto posset apparatu navium Leyden . . . occurreret . . . nullam belli commotionem se absente promoveri . . . Wilhelmo de Teylinc, Philippo de Wasner (*AnnE*: Wilhelmo, Philippo) non minori studio et voluntate in hoc concordantibus.
- p. 203

Horst diligenti sub custodia reservatus est. Alterna vero die cum solare iubar diaphanum illustraret hemispermum, idem episcopus comitante milicia Leydis advenit, ubi Ludovicus comes subiugata Zuithollandia potenter episcopo se coniunxit, plurimi quoque nobiles Hollandie principales ibidem Ludovico
 35 gratanter occurrerunt, cum quo fedus inseparabilis amicitie percusserunt, utpote Iohannes Persiin, Ysebrandus et Gerardus de Harlem, Arnoldus et Henricus de Riiswiick et Walterus de Ruven milites, quorum securo conductu comes et episcopus nemine rebellante venerunt in Harlem, villas sibi singulas supprimentes et de iocunda prosperitate non immerito gloriantes. Econtra
 40 vero Kinemari cunctis belli necessariis habunde premuniti festinaverunt antedictis principibus certatim occurrere et cum eisdem in campi planicie grave bellum committere. Sed prenarrati milites tumultum tam effrenate plebis agnoscentes, hunc belli strepitum prudenter interceperunt ac inter utramque
 45 dudum in Amstellandia temerarie commiserant, tam episcopo quam comiti summam quingentorum talentorum persolverent et exinde resumpta classe cum pace discederent. Quibus itaque gestis episcopus et comes nichil infortunii de cetero formidantes, villam Sancte Agathe cum possessionibus Alberti Baniard militis omnino succederunt et extunc limina beati Adelberti confessoris in Egmonda peregre visitantes totam Hollandiam bipartitam et in se
 50 divisam non obstante quovis adversario subiugarunt. Ludovicus itaque comes, cernens quod nullam rebellionem iam haberet, exoravit instanter episcopum ut ad propria transmigraret. Cum autem hec agerentur apud Hollandiam, comes Namurcensis ex parte comitis Flandrie cepit expugnare Walacriam.
 55 Hugo quidem de Vorn acceptis obsidibus reliquas insulas Ludovico subegit et Wilhelmum comitem a Zelandia profugavit. Wilhelmus itaque comes nullibi tutus cum nave piscatoria retibus obiectus est, et a suis persecutoribus eventu mirabili latenter elapsus est. Sed cum Hugo de Vorn ex parte Ludovici comitis tocuis Zelandie prefectus existeret modumque sue potestatis arroganter excederet, Zelandie populus denuo conspiratorie federatus Hugonem pro
 60 brose depulit et Wilhelmum undique requisitum iterato comitem statuit. Nec mora quin et idem Wilhelmus comes per occultas epistolas Waltero de Egmonda, Alberto Baniard, Wilhelmo de Teyling et Philippo de Wassenauer omnem rem gestam seriatim exposuit, quinymmo quantum potuit humillime
 65 peciit, quatenus die determinata cum armatorum copia Leydis advenirent, nec in absentia sua contra Ludovicum comitem prelium aliquatenus inchoarent.

Cap. 63c

31 diligenti sub *cet* sub diligenti *A*

34 ibidem *cet ontbr G*

36 Ysebrandus et Gerardus *cet (=bron)* Isebrandus et Gerardus *F* Iohannes et Ysebrandus *A*
 en ook *Furm*, wat *Lap* uit zijn *hs D3* heeft aangevuld tot: Iohannes, Ysebrandus et Gherardus

40 habunde *III* abunde *FB ontbr G*

45 aemstellandia *G* amstellandia *F* aemsterlandia *III*

53 transmigraret *cet* remearet *A*

65 cum *cet ontbr G*

Caput 63d

1. *ChrE* p. 204
(= *AnnE*
p. 203-4)

Fama interea ad aures exercitus delata est defecisse a Lodewico Selandenses, venisse Kenemar, viam illi interclusam, bellum ex adverso instare . . . Lodewicus . . . nihil sanius repperit quam hostibus obviam ire . . .

Quibus Kinemar et cetera societas e munitione prosilientes incon-sulte occurrerunt, omnia sine cautela et sine disciplina belli agentes. Unde a viris bello exercitatis facile circumventi et oppressi sunt . . . plures quibus ad naves redeundi facultas non fuit, precipiti fuga ad pontem se proripuerunt, et quia tante multitudini angustus et infirmus erat et a persequentibus graviter impingebantur, ab ipso ponte confracto proruentes misero mortis genere aquarum violentia perierunt. Philippus et alii multi per diversa fugientes hostibus et morti se subtraxerunt, plures capti, vulnerati et occisi sunt. Walterus et Albertus cum quibusdam sibi coherentibus celeri fuga evaserunt. Wilhelmus vero de Teylinc et quidam milites spe defensionis in unum conglobati aliquantulum hostibus reluctati sunt, dum tandem . . . capti et invinculati sunt . . . Lodewicus vero cum captivis et spoliis in letitia cordis et gloria victoria Vorscoten (*AnnE*: Vorscot) rediit . . .

p. 205

Caput 63e

1. *Chr. p.* 205
(= *AnnE*
p. 204)

Hoc gravi infortunio ad aures Wilhelmi delato, graviter ingemuit, sed omnia dissimulans ceptem profectionem acceleravit et in multitudine sui exercitus tam Selandensium quam Hollandensium superveniens ad locum qui dicitur Tol, copias sine aliculus prohibitione exposuit.

3. *Stoke III* 393

Lodewike quam de mare:
Den hertoghe sende hi dare
Van Lymborch . . .

5. *ChrE* p. 205-6
(= *AnnE*
p. 204)

Ad quod explorandum dux de Limburgh missus est, vir gnarus belli, qui admirans multitudinem exercitus, diversitatem armorum, acierum dispositionem, verbum pro pace fecit . . . Itaque dux sine effectu pacis regressus, visa retulit, timorem pro audacia, fugam pro defensione incussit, et cum suis sequacibus recessit, comite Lodewico in periculis relicto. Cuius descensu Lodewicus cognito, relictis tentoriis et preciosa rerum suppellectili multa et diversa a facie Wilhelmi . . . festinus abiit . . . plurimi precipiti cursu . . . in lacum vicinum Reno, quem incole dicunt Sile, proruentes, spiritum aquis suffocati supposuerunt. Alii versus Traiectum festinantes, passim cedebantur.

12. *ChrE* p. 206
(= *AnnE*
p. 204)

. . . milites et pedites, ut expeditiores ad fugam essent, loricas et galeas et armorum diversa genera in manus persequentium reliquerunt.

Caput 63d

Ludovicus igitur intelligens Zelandros sibi rebellasse et Kinemaros cum armis occurrisse, direxit exercitum suum in Leydis, ut primo Kinemaris arripotenter occurreret et deinde contra Zelandos grave bellum committeret. Kinemari quidem festinaverunt econtra predictum exire presidium, cursitantes nimis
 5 inordinate ad prelium, quapropter a viris belligeris absque mora disturbati sunt, ex quibus eciam multi crudeliter interempti sunt, ceteri vero classem introire nequientes scanderunt pontis propugnaculum, ut ibidem ad novum bellum recenter aggregarent exercitum. Sed ecce pons idem mole tot armigerorum contractus corruit et maxima multitudo Kinemarorum in torrente
 10 Reni fluminis suffocata periit. Philippus autem de Wassenauer cum Waltero de Egmonda et Alberto Baniard trans paludes celeri fuga dilapsus est, sed Wilhelmus de Teyling hostibus aliquantulum obstans ibidem captus est. Ludovicus itaque comes hac adepta victoria statim ad nemorosa loca versus Voerscoten gloriose reversus est, et ibidem in pratis virentibus sua castra
 15 metatus est.

Caput 63e

Interea Wilhelmus comes cum expeditione valida de Zelandia potenter adveniens, tabernacula sua fixit in Tol, ut alterna die contra Ludovicum comitem indilate configeret et eundem ab hereditate paterna procul expelleret. Ludovicus autem hanc sinistram famam audiens, transmisit ad Wilhelmum ducem
 5 Limburgie, quatenus ipse temptaret de compositione pacis et concordie. Sed idem dux vir belli gnarus sine pacis effectu rediens, visa nichilominus et audita referens, sua precepit evelli tentoria et facie supervenientis exercitus absque mora declinavit ab Hollandia. Ludovicus eciam comes relictis ibidem tabernaculis festino diffugio Traiectum adiit et captivos equites episcopo pro
 10 stipendiis tradiit. Quidam vero militum precipiti cursu proruentes in lacum Zile suffocati spiritum aquis supposuerunt, alii quoque vagantes per devia diversis incommodatibus afflicti lassam animam exalarunt, ceteri quidem

Cap. 63d

- 1 zelandros *cet* zelandrinos *A12*
 sibi rebellasse *cet* rebellasse sibi *G*
 4 nimis inordinate *II* inordinate nimis *III*
 10 reni *cet* rheni *A12*
 13 itaque *cet* autem *G*
 14 voerscoten *III* urscoten *F* voirscoten *G*

Cap. 63e

- 5 limburgie *II* lymburgie *III*
 8 comes *III* *ontbr* *II*
 11 spiritum aquis *cet* aquis spiritum *G*
 quoque *cet* autem *G*
 12 quidem *cet* vero *G*

15. *ChrE p. 207*
(= *AnnE*
p. 204) Wilhelmus vero festino remigum impulsu Lodewicum subsecutus est, sed minime successit ei, illo velociter cum captivis militibus elapso, quos episcopo pro debito pecunie traditos idem episcopus vinculis et diligenti custodie mancipavit. Militum tamen eius satis copiosum numerum apprehendit.
16. *Stoke III 463* Altemael dat karine,
Scepe, waghene, tenten, scrine,
Spise, dranc ende ander ghescal
Wonnen de Zeelander al.
Dus wan grave Willam tlant . . .
18. *Narr. c. 16*
(*p. 26*) Et Lodewicus . . . comitatum Hollandie . . . nunquam poterat recuperare.
20. *ChrE p. 207*
(= *AnnE*
p. 205) *p. 208* Evoluto autem non longo tempore Wilhelmus comes Aspren munitionem Folberti et Florentii adversariorum suorum . . . expugnatam deiecit; Traiectenses vero cum militibus Hollandensibus . . . Dordrecht navigio applicantes totam incendio combusserunt, vino frumento ordeo infinito distracto, rebus diverse suppellectilis tam incendio absumptis quam repina sine numero direptis.
21. *Narr. c. 16*
(*p. 26*) Episcopus . . . fratrem suum Gerardum comitem cum multis aliis navali bello contra Hollandiam remisit et totum Thordrecht depre datum penitus igne cremavit.
22. *ChrE p. 193*
(*AnnE 199*) . . . comite de Hare . . . comite de Hake *hs Leiden v. Chr. E.*
22. *Stoke III 101* . . . de grave Hake (in rijm)
25. *Narr. c. 16*
(*p. 26*) . . . Wilhelmus comes Hollandie, possessor comitatus Hollandie existens, mille marcas pro sua gracia sibi habenda donaret.
25. *ChrE p. 208*
(= *AnnE*
p. 203) Processu vero temporis verbum pacis et reconciliationis factum est inter episcopum et comitem . . . sub hac conditione, ut comes que Henrico Grus extorserat eidem restitueret, et ministeriales ad comitatum pertinentes et in episcopatu commorantes in ius episcopi cederent et qui episcopi et in comitatu degentes in potestatem comitis reserventur, datis preterea ab eodem comite m talentis . . .
28. *Narr. c. 13*
(*p. 22*) Et postea dictus comes compulsus pro tali excessu se laneus et nudipes cum quingentis militibus ad pedes domini episcopi ad sanctum Martinum humiliavit et gratiam suam obtinuit.
31. *c. 16*
(*p. 26*)
(*p. 27*) Ex quibus omnibus dominus episcopus, quandoque in episcopatu pauperrimus, nunc vero ditissimus tantam pecuniam collegit, quod omnia predia ecclesie a suis antecessoribus impignorata redemit, debita sua liberaliter solvit, curie Romane . . . expedivit. Castra sua omnia. . . infinitis victualibus ditavit . . . Totum episcopatum in multa pace tunc rexit.

fugitivi loricas, thoraces, galeros et clipeos abicientes aut passim occisi sunt, vel catervatim apprehensi sunt.

- 15 Wilhelmus utique profugientem exercitum perniciousiter insecutus militum numerosum cuneum apprehendit; quinymmo papiliones et victualia cum clenodiis diverse suppellectilis acquisivit. Itaque Ludovicus comes de Loen nunquam reversurus ab Hollandia propulsus est et Wilhelmus in paternam hereditatem laudabiliter exaltatus est. Modico dehinc elapso tempore Wilhelmus comes
- 20 recollecta militia municionem Folperti et Florentii de Asperen adversariorum suorum applicatis mangenis destruxit, et contra Gerardus comes de Are frater Theodrici pontificis cum Traiectensibus Dordracum favillatenus inflammavit. Denique Theodricus episcopus et Wilhelmus comes per am-
- 25 cabiles internuncios hoc modo reconciliati sunt, ut comes episcopo pro illato dampno mille talenta persolveret ac Henrico Grus perintegre sua restitueret, insuper et ministeriales episcopi manentes in comitatu cederent in potestatem comitis, et a simili ministeriales comitis morantes in episcopatu cederent in proprietatem episcopi. Postea Wilhelmus comes cum quingentis militibus laneus et nudipes apud ecclesiam Traiectensem veniam expeteret, pro eo
- 30 quod pridem ipsum episcopum in monasterio Stavriensi violenta manu temerarie ceperat. Theodricus igitur episcopus ex hac guerra plerumque locupletatus impignorata predia redemit, castra sua victualibus adimplevit, debita Romane curie persolvit et exinde totum pontificium gloriose rexit. Wilhelmus eciam comes post obitum Ade neptis sue comitatum Hollandie de manu
- 35 Frederici cesaris in feodum accepit, quem in tranquilla pace deinceps longo tempore gubernavit.

14 apprehensi *cet* comprehensi *G*

15 utique *II* itaque *ACD* vero *B*

17 loen *cet* loon *FA*

18 ab hollandia *cet* ontbr *G*

22 pontificis *cet* episcopi *G*

26 potestatem *cet* potestate *IIB*

28 *Het rijm is verdwenen, vermoedelijk door woordomzetting.*

postea *II* preterea *III*

29 laneus *cet* laneis *D* ontbr *C* *Furm maakt ervan vestibus linceis et nudis pedibus, Lap (naar hs D3)*

vestibus laneis et nud. *p.*

expeteret *cet* peteret *G*

30 temerarie *cet* temere *A*

Caput 63f

11. *Narr. c 16* . . . anno ab introitu suo quarto decimo apud Daventriam in
 (p. 27) vigilia beati Nicholay obdormiuit in Domino et in Traiecto apud
 sanctum Martinum honorifice sepultus est anno Domini 1212.

Caput 64

1. *Narr. c. 17* Episcopo Theoderico sic apud Traiectum feliciter sepulto de succes-
 (p. 28) sore tota ecclesia Traiectensis sollicitudinem electionis competenter
 inducunt. Ad quam in maximo apparatu conveniunt comes Gelrie
 Gerardus, Ottonis filius, et comes Hollandie Wilhelmus, . . . Isti
 adduxerunt secum Adolfum Coloniensem archiepiscopum et Otto-
 nem Monasteriensem et Gerardum Osnaburgensem episcopos et
 fratres carnales . . . Quorum precibus obtinuerunt quod Otto, huius
 nominis primus, Xantensis prepositus, frater ipsius comitis Gelrie,
 cuius eciam sororem habuit dictus comes Hollandie in uxorem, in
 episcopum ab omnibus eligitur, iuuenis bone spei, decem et octo
 tantum habens annos . . .
8. (p. 29) . . . Et cum Romam super minoris etatis dispensacione ire dispo-
 (p. 28) nent, gravis eum febris apud Vorthusen prope Altinis arripuit.
 Duobus annis et dimidio prefuit ecclesie in multa pace et omnium
 suorum subditorum quiete.
- (p. 29) . . . Traiectum reportatus, apud sanctum Martinum cum multo
 planctu tocius populi omni decuit honore sepelitur anno Domi-
 ni 1215.
11. (p. 28) . . . iuuenis bone spei . . . qui in secularibus et maxime in iudiciis sic
 cepit esse discretissimus . . .

De sterfdatum is in werkelijkheid die van Otto III.

Cap. 64

- 1 adulfus *cet* adolphus G
 4 xantensis G23 zantensis G1B zantencensis F zantancensis *cet* *Het is wel zeker, dat de correcte lezing van G23 een latere verbetering is, maar wij weten niet tussen de fouten te kiezen.*
 7 tantum *cet* ontbr A
 8 Fout van apograaf I; men leze met de bron 1215.
 9 vorthusen II northusen A12C noorthusen BD12 norhusen D3 noirthusen D4 noordhuysen A3
 Bij F en C zijn wij niet zeker van n of u

Caput 63f

- Hiis temporibus obiit Molgcolmus rex Scotorum avunculus Wilhelmi comitis Hollandie, cuius regnum quidam Scotus accepit in feudum de manu regis Anglie. Quapropter Wilhelmus comes verus heres eiusdem regni Scocie confederatus est cum Ludovico primogenito regis Francie, qui continuo classem
- 5 aptans mare transivit et civitates expugnans honorifice triumphavit, donec Ludovicus comes iterato notos et amicos sollicitavit ut absente Wilhelmo latenter Hollandiam introiret, quapropter idem Wilhelmus extemplo ratem ingressus est et ad patriam suam cum victorialis laude reversus est, ne comitatum paterne hereditatis certum et acquisitum pro regno materne hereditatis incertum (!) et acquirendum (!) amitteret, ac hostes suos ab Hollandie finibus
- 10 victorioso expelleret.
- Anno Domini mcc^o (!) nonas decembris Theodricus episcopus apud Davantriam requievit in Domino, postquam annis xiiii Traiectensi prefuisset episcopo, qui de partibus Transycelinis Traiectum advectus est et in ecclesia maiori penes anteriores pontifices honorifice tumulatus est.

Caput 64

- Defuncto Theodrico pontifice venerando dominus Adulfus Coloniensis, Otto Monasteriensis et Gerardus Osnaburgensis fratres et pontifices, Wilhelmus Hollandie ac Otto Gelrie comites convenerunt in Traiecto, quatenus supplicarent ecclesie pro pastore novo. Quorum denique precibus Otto Xanctensis
- 5 prepositus xxxiii^{us} electus est episcopus, iuvenis ingenio clarus, aspectu venustus et egregius, frater eiusdem comitis Gelrie et sororius prefati comitis Hollandie. Hic Otto iuvenis xviii tantum annorum super minoris etatis dispensacione Romanam curiam anno Domini mccv^o (!) visitare proposuit, qui statim apud Vorthusen febre pulsatus vii kalendas aprilis occubuit. Rexit
- 10 autem episcopatum in abundantia pacis annis tribus cum dimidio, sepultus infra ecclesiam Traiectensem honore congruo. Fuit enim idem iuvenis in causis iudicialibus multum discretus et in cunctis negociis reipublice valde cautus.

Cap. 63f

- 1 temporibus *cet* diebus *G*
molgcolmus *AM* molgolmus *C* malgcolmus *G2* malgcolinus *FG13* molgcolinus *D12* hen^{ous} *B*
heymericus *D34* (blijkbaar verbetering naar 57a reg. 2)
- 2 accepit *cetM* suscepit *A*
- 5 donsc *cetM* deinde *A*
- 9 incertum et acquirendum *cetM* incerto et acquirendo *F* incerto *A* Blijkbaar is de gedachte geweest: het koninkrijk van de erfenis van moederskant als een onzeker en nog te verwerven iets, waarbij dan de accusativus onder invloed van de tegenstelling certum et acquisitum is gebruikt. De lezing van *F* is natuurlijk beter latijn.
- 10 victorioso *cet* potenter *A* audacter *M*
- 11 mcc *cet* 1204 *D3* mcc v *A2* De bron heeft 1212 en bovendien geeft Beke aan bisschop Dirk II veertien regeringsjaren, te rekenen van 1198.
- 12 xiiii *cet* 12 *BD*

Caput 65a

1. *Narr. c. 18*
(p. 29)
(p. 30) Igitur predicti comites . . . Traiectum conveniunt, animos et consilia ad promocionem domini Ottonis, ipsius ecclesie maioris prepositi . . . de Lippia . . . eligitur in episcopum anno Domini 1215. Qui statim, sicut novus dominus et electus, ab imperatore Frederico, huius nomine secundo, regalia et episcopalem de licencia Coloniensis archiepiscopi apud Vrankenvorde accepit benedictionem.
6. *Narr. c. 19*
(p. 30) Non multo post cruce signatus in terram sanctam proficiscitur; totus episcopatus committitur fratri suo Hermannno de Lippia . . .

Caput 65b

1. *Caesarius, Dialogus Mir. Dist. Ia c. 37* De conversione Walewani militis, qui armatus ad ordinem venit. Miles quidam Walewanus nomine . . .

2. *Dist. VIIa c. 38*

Vita domini Walteri de Birbech.

Igitur Walterus de Birbech villa oriundus extitit, vir dives ac potens et nobilis valde, consanguineus Henrici ducis Lovaniae. . . . Tempore quodam cum properaret ad quoddam tornamentum, . . . venissent-que ad ecclesiam quandam, illos ut missam audire vellent hortabatur missam de Sancta Maria sibi cantari fecit, et obtulit; sicque socios insecutus est.

Cui cum aliqui de tornamento occurrerent, . . . Dominus de Birbech, ipse in ore omnium est, omnibus praefertur et ab omnibus laudatur.

Aliis vero occurrentibus et similia dicentibus, stupens admirabatur, quidnam hoc portenderet. Actum est ineffabili pietate beatae Virginis, ut militem devotum in obsequio suo tardantem interim in tornamento honoraret, eiusque absentiam mirabili quadam virtute suppleret . . . Ludo vero expleto, quidam ex militibus hospitium eius intraverunt, et ut secum mitius agere dignaretur deprecabantur. . . . Et cognavit statim hoc actum fuisse gratia beatae Virginis, quem honoraverat in missa.

25. *Dist. I c. 37* Walewanus . . . cum dextrario et armis suis militaribus Hemmenrode venit . . . per medium chorum vadens . . . super altare beatae Virginis se obtulit, armisque depositis in eadem domo religionis habitum suscepit . . .

. . . et in claustro, quod alio nomine Hemmenrode dicitur, cuius fama tunc temporis sicut et hodie clarissima fuit, habitum regularem suscepit.

Caput 65a

Sepulto iuvenilis etatis Ottone pontifice prelibati comites, scilicet Hollandie et Gelrie, presentes in eiusdem exequiis, obtinuerunt a capitulo supplicationibus assiduis, ut Otto secundus, natus de Lippia, maior prepositus, xxxiiii^{us} eligeretur episcopus. Qui de consensu metropolitani sui suscepit episcopalem benedictionem apud Franckenvordiam, ubi consimiliter a Frederico cesare temporalem acceptavit iusticiam. Hic Otto dispositis episcopatus sui cunctis utilitatibus cum imperatore cruce signatus mare transivit totamque terram suam Hermanno fratri suo gubernandam fidelissime commendavit.

Caput 65b

Circiter hec tempora floruerunt duo milites famosi qui Walterus et Walwinus fuerunt appellati. Walterus quidem, ut fertur, ortus fuit a Brabancia, Walwinus ex Hollandia. Contigit autem ut hii dilecti consodales ad exterar partes insimiliter irent ut de torneamento laudem inanis glorie reportarent. Qui summo mane quoddam intraverunt oratorium, ut devote missam audirent ante tyrocinium. Factum est autem ut clerus missam sancti Spiritus eadem hora festive caneret, et ea finita missam beate Marie Virginis sine mora subiungeret. Et quoniam Walterus beatam Mariam ardentem amavit, ideoque missam eius ad finem constanter audivit. Walwinus autem secularis glorie multum cupidus finita prima missa tyrocinium armatus inceptit, in quo cum militari laude multum laboris explevit. Walterus vero percepta benedictione secunde misse cepit arma festinanter induere et cum sua clientela decenter ad campum tendere. Sed ecce quamprimum idem Walterus introivit equirrium, unusquisque miles lassatus petebat hospicium. Walwinus autem occurrens

Cap. 65a

5 franckenvordiam A12C francknvordiam F (bevestigt vorige lezing) frankenvordiam A3 francke vordiam D frckäuordiä (sic!) G1 francovordiam G23 zinsnede overgeslagen B

Cap. 65b

1 walwinus G13A12 walvinus G2 walwicus F walawinus CD walewinus BM baldewinus A3
 2 quidem ut fertur cetM ontbr A
 a cetM ex AB de D4
 3 autem cetM ontbr A
 ad exterar t/m reportarent cetM ad tornamentum irent A
 4 torneamento BDM torniamento F torniomento C torniamentis G1 torneamentis G23
 6 factum est autem ut cetM factum est autem A12 factum est ut A3
 7 et ea cetM qua A
 missam cetM ontbr A
 8 ardentem na mariam H1M ardentem na walterus II
 ardentem cetM diligenter A3
 beatam mariam cetM beatam virginem mariam G beatam virginem B
 9 constanter cetM ontbr A
 autem I1AM vero BCD
 secularis glorie cetM tubis secularibus C tubis secularis glorie D
 10 armatus cetM ontbr A
 11 vero FAM autem cet
 13 equirrium cet equirreum FB equireum M
 14 occurrens cetM accurrens G

27. *Dist. VII c. 38* Cum alio quodam tempore nundinas illas execrabiles quaereret, et inter multos stans milites missam audiret, sacerdos ut in canone calicem levavit, crucem auream sub eius pede conspexit. Cui annexa fuit cartula, haec continens verba: Crucem hanc defer ex parte mea, Mariae scilicet matris Christi, amico meo Waltero militi de Birbech. Quam laetus suscipiens, in Hemmenrode conversus, eam abbati resignavit. Postea comitissa Hollandiae, missis honestis nunciis, eadem crucem sibi dari petivit et tali modo obtinuit.

Caput 66a

WProc. p. 7 Anno Domini 1223 Wilhelmo comite Hollandie mortuo Florentius filius eius terre preficitur . . . Hic nobilem dominam, Henrici ducis Brabantie filiam, Machteldem nomine, duxit uxorem, de qua filium genuit . . . Hic filius Wilhelmus dicitur . . .

Stoke III vs 707 De grave Florens liet twee sonen,
Willem hiet doutse, entiengonen
Quam an dat graefscap na den vader;
Dander hiet Florens. Beide gader
Waren si jonc ende clene.
Hi liet twee dochteren, de ene
Nam in huwelike met rouwen
Den grave van Henegouwen,
715 De Jan van Avennes hiet
Ende herde node van Vlaendren sciet . . .
719 Die ander, daer ic u spreke ave,
Nam van Hennenberch den grave.

- 26 heymerodense *A12BM* heymerodinense *F* hyemenrodense *CD234* hemmenrodense *A3* hymenrodense *D1* hyemerodense *GI* hyemörödense *G23*
29 devotus *na* sollempnia *cetM* *na* dierum *G*
30 devota *IIIM* *ontbr* *II*
31 lapsa *IIAM* elapsa *BCD*
in ipsius manibus *cetM* in manibus eius *G*
annuendo faveret eius sanctis oracionibus *cet* annueret eius sanctis precibus *A*
33 butiri *GBD* bituri *F* butiri *C* butyri *A*
36 quenam *cet* et *A* que *B*
reynsburgh *A* reynsburg *B* reynsburch *GD2* rijnburch *D34* rijnsburch *D1* rinesburch *C* rinburch *F*
37 comes *cet. ontbr* *G23*
superduxit *cet* subduxit *G*
38 ii^o *ACD4* 2^o *D123* iii^o *F* pridie *G* *ontbr* *B*

Cap. 66a

3 florencium *A3* et florencium *GD2. ontbr. cet.* Wij kunnen de aanwezigheid van de naam in drie gesoleerde gevallen, of liever het uitvallen in het merendeel der hss niet verklaren: het moet minstens driemaal zijn gebeurd (*A*, *B* t/m *D* en *F*). Dat de naam er heeft gestaan, blijkt uit het anders onbegrijpelijke presidem, en bovendien uit *Tabula Egm.*, 61: De predictis Florencio et Machtildi nati sunt rex Wilhelmus, Florencius, Aleidis, Margareta, Machteldis. In ieder geval vermeldt *Stoke III 707-710*: De grave Florens hadde twee sonen, Willem --- dander hiet Florens. *Stoke* vermeldt de namen van de dochters niet, maar wel hun huwelijken; de namen worden genoemd in enige oorkonden: Aleidis uxor: quondam domini Iohannis de Avennis en Margareta comitissa de Hennenberghe. *Beke* of *apograaf I* noemt de laatste Machtildis. De *Tabula* heeft hier twee bronnen gecombineerd, zodat er een dochter te veel is.

Verder staat comitissas op de verkeerde plaats, zodat het rijm Brabantie-Hennenbergie verloren is gegaan.

presidem *cet ontbr* *BD34*

- 4 hennenbergie *II* hennenbergie *A1D3* henebergie *D14* henebergie *D2* heymenbergie *A2* heymanburgie *A3* heneburgie *B*

- 15 Walterum gratulanter amplexatus est et eundem talibus verbis allocutus est:
 „Clarissime miles, benedicaris a Domino, qui hodierno die preconium laudis
 acquisivisti ac innumerabiles equites eiciendo conculcasti.” Walterus quidem
 humiliato capite primo subrisit, sciens quod ipso die torneamenti conflictum
 nequaquam introivit. Sed postquam idem Walterus laudem sui nominis ab
 20 hystriionibus indesinenter acclamari percepit, cum admiracione magna Wal-
 wino dixit: „Chare sodalis, scito quod hac die tyrocinium non intravi, quon-
 iam te discedente missam gloriose matris Marie ad finem audivi, que michi
 preconium laudis obtinuit atque tytulum mei nominis exaltare voluit, qua-
 propter amantissime compar deseramus eius amore secularem gloriam et
 25 appetamus in similiter vitam celestem nunquam transitoriam.” Nec mora
 quin et hii milites intraverunt Heymenrodense monasterium, ubi sub cenobi-
 tali disciplina sacre religionis susceperunt habitum. Walterus autem abinde
 psalterium ex toto didicit et psalmodias suas pre ceteris fratribus indilate
 cecinit. Qui cum una dierum infra missarum sollempnia devotus assisteret et
 30 utrasque manus cum devota prece desuper expanderet, ecce crux aurea de
 celo lapsa cecidit in ipsius manibus in signum quod Deus annuendo faveret
 eius sanctis oracionibus. Eandem quippe crucem Adelheydis comitissa dehinc
 asportavit ad Hollandiam, que largam butiri copiam ipsi monasterio dedit
 annuatim in elemosinam.
- 35 Hec autem comitissa venerabilis anno Domini mccxviii^o ii ydus februarii
 defuncta est, quenam in Reynsburch honorifice tumulata est. Wilhelmus
 autem comes post hanc aliam uxorem nomine Mariam superduxit, sed paucis
 annis in hac vita superstes fuit. Nam et idem comes anno Domini mccc^o ii
 nonas februarii Creatori reddidit animam, postquam annis xix bellicose
 40 rexisset tam Hollandiam quam Orientalem Frisiam. Hic Wilhelmus ad pre-
 fatum monasterium consimiliter advectus est, qui ibidem cum exequiis con-
 gruentibus inhumatus est.

Caput 66a

Post obitum Wilhelmi principis filius eius Florencius ^{iiii^{us}} ^{xiii^{us}} comes Hollan-
 die duxit in uxorem Machtildim filiam Henrici ducis Brabancie, de qua genuit
 Wilhelmum Romanorum regem, Florencium presidem, Adelheidim Hannonie
 et Machtildim (!) Hennenbergie comitissas.

15 eundem *IIM* eidem *III*

16 clarissime *cetM* carissime *F*

17 acquisivisti *cetM* acquisisti *GC*

18 torneamenti *cetM* torniamenti *FG1D2* tornamenti *A3C* tormenti *A12* (vgl. *reg. 4*)

19 ab hystriionibus indesinenter *cetM* desinenter ab *hystr. A*

21 chare *M* care *III* clare *II*

22 matris *cetM* virginis et matris *G*

25 transitoriam *cetM* transituram *BD*

Caput 66b

1. *Narr. c. 19*
(*p. 31*) ... a peregrinatione redeunti ... Sed modica pace gavisus est, cum nova discordia pullularet inter episcopum et comitem Gelrie ... ministeriales in Sallant ... ut eum et suos villicos a se reicerent nimium gravamen pro se allegantes, scilicet quod equi episcopi in bonis ipsorum indebite in anno bis hospitarentur ...
6. ... pro diversis causis et maxime pro theloneo, quo comes homines episcopatus iniuste et erudeliter apud Lobede depauperabat. ... ministeriales ecclesie in Sallant et prope Vechtam occultis suggestionibus sic inflammavit, ut ipsi cum omni populo in Sallant conspirarent ...
8. ... episcopus ... exercitum colligit, cui frater suus Hermannus et Theodericus Monasteriensis episcopus cum pulchra milicia ... Ubi episcopus ... Sallandiam imperterritus invadit, cuius populum in munitione et in aggere apud Herkelo congregatum et oppugnatum invenit. Pugnat et vicit, paucos occidit sed plures capit.
15. Duo castra, que ambo Voerst dicebantur, capit et funditus destruit; tertium, scilicet Buchorst, usque ad turrim incendit. Et merito, quia domini istorum castrorum, videlicet de Buchorst Theodericus et duo Hermanni de Voerst, tocius mali huius inventores et conspiratores extiterunt.
20. *c. 20*
(*p. 34*) Plurimos enim nobiles et strenuos capitaneos secum comites habebat, inter quos maiores erant dux Walravenus et comes Seynensis Henricus ... duo milia militum electissimorum illuc cum comite extiterunt.
24. *c. 21*
(*p. 35*) ... Florencius iuvenis, comes Hollandie, filius sororis Gerardi comitis Gelrie ab avunculo ... iam inducitur, ut cum navibus infinitis Leccam ascendens ... domum episcopi cum tota villa Geini incendit.
26. *c. 20*
(*p. 33*) Et nota quia Gerardus Bremensis archiepiscopus fratri suo carnali domino Traiectensi cum plurimis armatis venerat auxilium. Affuit eciam illic Theodericus Monasteriensis episcopus et dominus Hermannus de Lippia et alii nobiles quamplurimi, quorum milicia in unum computata numerum mille militum superexcedebat ... Et sic isti tres principes, in predicto loco coadunati, exitum belli et insultum comitis expectabant.

Caput 66b

Hiis temporibus Otto Traiectensis episcopus de Iherosolimitana profectioe reversus, totam terram suam bene pacatam invenit, qui maximis se discordiis semper involvit. Otto namque comes Gelrie plures quondam vasallos habuit in terra Zallandie, qui per villicos episcopi sepe graviter exactionati sunt, adeo quod in bonis temporalibus multum inopes effecti sunt. Quapropter idem comes homines episcopatus apud theloneum Lobed arrestari fecit et cum incolis Zallandie contra dictum iam pontificem conspiravit. Episcopus autem auxilio Theodrici Monasteriensis episcopi ac Hermanni fratris sui copiosum aggregavit exercitum, ut vicinas villas comitatus Gelrie potenter incenderet, et rebelle vulgus de terra Zallandie victorioso compesceret. Econtra vero iamdictus populus eodem auxiliante comite penes Herkelo congregatus in aggere, decrevit omnibus modis episcopo resistere. Sed episcopus in fremitu buccinarum ac in sonitu tympanorum adversus hostes viriliter aggressus quosdam occidit, plures cepit ac omnes alios cum victoria profugavit. Nec mora quin et idem episcopus duo forcia castra que Vorst dicebantur omnino destruxit et tertium quod Buchorst appellatur excepta maiori turri favillatenus inflammavit, quoniam eorundem castrorum prefecti primitivam suscitaverunt rebellionem et universum Zallandie populum coanimaverunt ad illicitam conspiracionem. Comes quidem Gelrie pro victoria pontificis indignatus Walramum ducem Limburgensem ac Henricum comitem Zeynensem cum duobus milibus militum in ipsius auxilium invitavit, et Florencium juvenem Hollandie comitem nepotem suum sibi complicem conquisivit. Qui continuo Lakam ascendit cum infinito quasi navigio et episcopalem domum cum villa Gheyn hostili conflagravit incendio. Econtra vero dictus episcopus auxilio Gerardi Bremensis archiepiscopi fratris sui, Theodrici Monasteriensis episcopi propinqui sui ac Hermanni de Lippia germani sui mille milites aggregavit et

Cap. 66b

2 se discordiis semper CD se discordiis A discordiis se semper B discordiis se II *Hoewel de overeenstemming van BCD niet strict bewijzend is, menen we toch, dat semper aan Beke mag worden toegeschreven.*

5 multum cet multi G

6 lobed cet lobet A2 lobec A13 lobec D4 lobeke G *De bron heeft Lobede.*

9 aggregavit cet congregavit AB

11 herkelo F (=bron) erkelo G1A12 orkelo A3 arkele B erkele C arkelo G23D

16 bochorst cet buchorst AB

turri cet turre G

18 coanimaverunt CD animaverunt A consitaverunt F concitaverunt G *Wij nemen aan, dat coanimaverunt de lezing is van III, en dat deze in II is gewijzigd onder invloed van reg. 17 suscitaverunt.*

19 quidem cet vero G23

20 walramum G13A13 walramum G2 walrandum F *(dit is misschien een verschrijving voor walraueum, bron: Walravenus) walravum A2CD1 walranum D234 open plek B*

limburgensem cet lmburgie G

22 complicem cet complacere A

23 villa gheyn cet villa geyn G3 villa gain F villaghien B *(bron: villa Geini)*

30 partis cet ontbr G

31 advocaciam HAC dominacionem B open plek D134 ontbr D2

contraderet cet traderet A

32 preposituris A12D134 preposituros B prepositurus FA3 prepositis GCD2

28. *c. 22*
(*p. 36*) Unde comes . . . de consilio Conradi Portuensis episcopi, sui cognati et tunc summi pontificis legati, taliter cum episcopo et ecclesia componit, quod omnia que in Sallant habebat sancto Martino contradidit, pro quibus ipse recepit in commutatione allodium in Elst . . . et allodium in Odelenberge . . . Preposituras autem et vasallos et ministeriales in illis locis episcopus sibi et sue ecclesie retinuit. Similiter comes Hollandie pro hominibus illis qui dicuntur ministeriales Hollandie, octingentas libras recepit.

Caput 66c

1. *Narr. c. 25*
(*p. 46*) . . . anno Domini 1225 (fout voor 1227).
2. *c. 23 (p. 37)*
(*p. 38*) Rodolphus de Covordia . . .
. . . cuidam civili guerre in Groninge immiscerent. Prefectus enim illius civitatis Egbertus . . .
5. *c. 24 (p. 38)*
(*p. 39*) Medio tempore Egbertus cum suis consanguineis apud Glumme incepit castrum edificare . . . Sed Rodolphus, cum Trentonibus advolans, illud funditus destruit . . . et ipsum prefectum de civitate fugientem persequi non cessavit. Egbertus vero domo rebus consanguineis spoliatus et amicis, in Frisiam cedit, amicos illic sollicitat . . . et plerosque alios fortes prece conquirat et precio. Civitatem aggreditur, graves et periculosos insultus facit . . .; civitatem capit . . . Et Frisones totam civitatem depopulantes eam usque ad paucas domos igne concremaverunt. Et illi de Covordia maximo periculo evaserunt. . . . Adversarii sui econtra cum Trentonibus et Covordensibus se ad recuperandum festinanter preparent . . .
11. *c. 25*
(*p. 39/40*) Hiis auditis dominus episcopus de victoria Egberti plurimum gavisus est . . . partem Egberti . . . sibi assumit . . . Igitur episcopus milites et armigeros in auxilium Groninge sue civitatis defendere festinanter mittebat . . . Et sic in unum coadunati civitatem Groninge, que a paucis defenditur, multo insultu impugnant.
Tam dura et superba obsidio civitatis et suorum militum dominum episcopum in tantum commovebat, quod ex omni parte episcopatus sui milites et armigeros evocat . . . Gerardum comitem Gelrie, de novo suum factum amicum, auxilio personalem accepit. Comes Hollandie et comes Clivensis honestam miliciam sibi transmittunt. De Coloniensi et Monasteriensi episcopatu multi honesti et divites milites adveniunt, inter quos . . . Bodekinus comes de Benthem . . . precipui extiterunt . . . Quos omnes dominus episcopus letissimo vultu et animo iocundo apud Umme recepit . . . et tandem apud Anen in loco funesto et maledicto sua ultima figuntur tentoria . . .
14. (*p. 41*) Rodolphus et fratres sui . . . proscribuntur et bonis suis per debitas sententias privantur . . . Hortatur eos per indulgenciam, predicat, ius suum et ecclesie allegat et data benedictione ipse cum omnibus illis ad paludem progreditur, sed a qua, proch dolor, non regreditur.
19. (*p. 42*)

adversus antedictos principes intrepide bellum instaurare decrevit. Sed ecce dominus Conradus Portuensis episcopus et apostolice sedis legatus ex insperato supervenit ad locum certaminis suspendens iam inchoatum prelium, et
 30 de consensu partis utriusque tale promens arbitrium, quatenus comes Gelrie advocaciam suam de terra Zallandie beato Martino contraderet, et episcopus eidem allodium Elistense montisque Odilie preposituris et vasallis exceptis in feodum restitueret, comes insuper Hollandie pro ministerialibus suis illic inhabitantibus octingentas libras haberet ac eosdem ecclesie Traiectensi manu-
 35 missione facta libere resignaret.

Caput 66c

Anno Domini mcccxxv^o commissum est civile prelium inter Egbertum prefec-
 tum Groningie et Rodolfum castellanum Kovordie. Quapropter dominus episcopus in manu forti Groningiam ivit et pacificas treugas sub iudicio
 5 mortis ab utraque parte servari mandavit. Sed Rodolfus abcedente pontifice castrum Egberti penes Homme (!) destruens, potenter introivit Groningiam, et infectis treugis Egbertum effugavit ad Frisiam. Econtra quidem Egbertus de Frisia populosum eduxit exercitum ac opidum Groningie gravi vallavit obsidione per circuitum, qui tandem per diversos assultus ipsum opidum in parte succendit et Rodolfum in periculo mortis vix elapsus ad Kovordiam profugavit. Rodolfus autem illatam contumeliam omnibus modis ulcisci
 10 statuens confestim aggregavit expeditos armigeros, ac ipsum opidum hostiliter infestavit per assultus creberrimos. Sed ecce dominus episcopus necessitatem opidi sui festina relatione percipiens, aggregatis electis bellatoribus, proposuit Rodolfum ab obsidione propellere, vel castrum Kovordie cum tormentis potenter evertere. In cuius adiutorium Gerardus comes Gelrie cum
 15 multis preliatoribus personaliter advenit, cui consimiliter Florencius comes Hollandie robustam miliciam destinavit. Theodricus Clivensis et Balduinus Benthemensis comites sibi prestiterunt manuale subsidium, episcopi Coloniensis et Monasteriensis transmiserunt eidem adoptatum auxilium, ex quibus

Cap. 66c

2 rodolfum A12 rodulfum D134 rodulphum A3BC rodeilfum F rodolphum GD2 In het vervolg schrijft F consequent rodolfus, CD134 rodulfus, GD2 rodulphus, A12 afwisselend rodolfus en rodulfus. Wij geven, met enige aarzeling, de voorkeur aan rodolfus

3 in cet ontbr G

4 servari GAC servare FBD

5 hōme alle hss; bron Glumme.

introivit Groningiam cet Groningiam introivit G

7 populosum cet copiosum A

8 tandem III tamen II

9 illatam cet illatam sibi G

omnibus modis cet modis omnibus A

12 electis cet ontbr G

13 vel cet et G

castrum kovordie FA castrum covordie G castra kovordie BCD12 castra D34

18 adoptatum cet ad optatum CD

20. *Narr. c. 25* Quibus auditis Rodolphus obsidionem solvit et cum omnibus suis se prope Covordiam contra dominum suum deponit, ita quod tantum una palus, bene ad dimidium miliare lata, aquosa et plana . . . exercitus hinc inde dividebat.
27. (*p. 43*) Dominus Rodolphus de Gore, sicut sui iuris erat, vexillum beati Martini baiulat. Episcopus et comites et omnes alii sui, leti et quasi de victoria certi, diffuse et minus ordinate insequuntur . . . Nostri, qui primi erant in acie . . . statim paludi fetide et mortue paulatim immerguntur . . . Quos Trentones sagittis et lanceis eminus et gladiis cominus inhumane ut pecora trucidabant.
32. (*p. 44*) Et nota quod ipse mulieres de terra, si poterant, plus quam viri in nostros miseros occidendo desevebant.
34. (*p. 43*) . . . ymmo in fugam mortiferam converteretur, adeo ut plurimi pre nimio cursu et estu, qui solito magis illo die invaluerat, suffocarentur . . .
35. (*p. 44*) Quos inimici . . . insequuntur . . . Rodolphus vero et sui . . . equos ascendunt, naves et homines fugientes tota die usque ad noctem . . . insequuntur . . . Et sic . . . ad suos captivos ipsa nocte revertuntur. Sic . . . comitem Gelrie et Ghiselbertum de Amestelle et plures alios . . . in castrum deducunt. Inter quos dominus Thidericus, Daventrensis et Oldenselensis prepositus, frater domini episcopi. . . .
41. (*p. 43*) Et ne aliquid desit eorum crudelitati, ipsum episcopum, quem ceperunt, expoliantes, coronam suam gladio cum tota carne abradunt . . . et corpus exanime paludi inculcant et immergunt.
- (*p. 44*) Sic carnifices . . .
- (*p. 44*) O dies . . . in quo tot nobiles et electissimi milites et optime nacionis armigeri usque ad quadringentos cum domino episcopo perierunt tot mortibus, quia in fuga suffocabantur, in palude mergebantur, a rusticis et mulieribus mactabantur. Inter quos periit Bernardus de Horstmaria, vir a prima sua iuventute propter plurimas suas virtutes famosissimus . . . Quia, ut verum dicamus, iste in tota Alamannia et Theutonia parem non habuit . . .
46. (*p. 45*) Et dominus Otto, Traiectensis ecclesie vicesimus octavus episcopus, sic occisus redditur et apud sanctum Martinum in Traiecto iuxta tumbam avunculi sui episcopi Theoderici cum multo planctu sepelitur anno Domini 1227.
49. (*p. 46*) Et nota, quia 13 annis ecclesie prefuit Traiectensi.
51. *Narr. c. 26* Et nota, quia 13 annis ecclesie prefuit Traiectensi.
(*p. 48*)

-
- 34 ceteri *cet* ceterique *AB*
quidem plerumque *cet* vero plerumque *F* multi *B*
- 35 tota nocte *cet ontbr G*
- 38 amstellandie *II* amsterlandie *III*
- 39 etenim *cet* autem *A*
- 41 cum cruenta carne *cet* cum carne cruenta *G*
- 43 igitur *cet* autem *AB*
- 44 *Furm en Lap voegen een niet geheel gelijklojdende zinsnede in.*
- 47 paludosis *cetM* paludinosi *G*
- 51 rapaces *cet* raptore *A*
- 53 beati *FADM* sancti *GBC*
- 54 mutata *IIIM* mutuata *II*
habitum *cet* contra habitum *G23*
Hulindis *cet* hirlindis *M* hulnodie *B*

omnibus perpulcher exercitus apud Anen aggregatus est, ubi dominus epis-
 20 copus fixis castris per diurnum spacium cum antedictis principibus plerumque
 gavisus est. Qui dictante sententia principum Rodolfum a bonis suis ibidem
 proscrispsit ac omnibus adiutoribus ecclesie sue plenam indulgenciam predi-
 cavit. Rodolfus vero perpendens episcopi magnipotenciam dissolvit obsidio-
 nem ab opido Groningie et continuo castra sua fixit prope villam Kovordie,
 25 premeditans quod latissima palus situata foret in medium, que difficilem cunc-
 tis hostibus exhiberet aditum. Alterna vero die cum emicantibus radiis aurore
 iubar accresceret, dominus de Gore beati Martini vexillifer in clangore tuba-
 rum et stridore tympanorum cum electis antecessit armigeris, cui totus
 exercitus subsecutus est cum diversis armaturis bellicis. Et ecce pugiles
 30 episcopalis exercitus primam gubernantes aciem armorum sarcina pregravati
 paulatim in ipsis paludosis locis — proch dolor — vivi submersi sunt, qui non
 solum a Trentonibus verum eciam a mulieribus misero mortis genere crudeliter
 interempti sunt. Alii vero propter estuantem solis ardorem intollerabili siti
 suffocati sunt, ceteri quidem plerumque sauciati per repentinam fugam ab
 35 hostibus vix elapsi sunt. Rodolfus autem cum quibusdam equitibus tota
 nocte fugitivos insecutus victualium apprehendit magnam copiam, qui cum
 multis captivis gloriose reversus est ad Kovordiam. Inter quos principales
 erant Gerardus comes Gelrie, Giselbertus dominus Amstellandie et Theodri-
 cus frater episcopi prepositus Davantrie. Dominus etenim episcopus in
 40 palustri loco captus est, qui ibidem per diversa tormentorum genera dire
 martirizatus est. Nam felliti carnifices coronam suam cum cruenta carne
 gladiis acutissimis abraserunt, quem demum post obprobria multa sub ipso
 die kal. augusti mensis in locis immundissimis conculcarunt. Ceciderunt igitur
 in ipso conflictu cum episcopo suffocati, submersi nichilominus et occisi
 45 plus quam quadringenti milites et armigeri bellatores egregii, inter quos
 Bernardus de Horstmaria miles valde strenuus et Teutonicorum omnium
 famosissimus super clipeum suum aliquandiu sustentatus paludosis vadis
 demum immersus est, verumptamen antequam interiit horrendam stragem in
 adversos hostes operatus est. Otto quidem episcopus a locis palustribus clam
 50 abstractus cum ingenti fletu tam cleri quam populi tumulatus est in ecclesia
 Traiectensi, quam xiii annis egregie rexit et contra rapaces hostes usque ad
 mortem strennuissime defensavit.
 Eodem anno sanctimoniales beati Servacii mutata nigra cuculla griseum acce-
 perunt habitum contra Hulindis priorisse sue voluntatem sive beneplacitum.

22 ecclesie sue *cat* suis *A*

23 magnipotenciam *cat* magnam potenciam *D2* magnificenciam *G*

24 continuo *cat* continue *A*

25 situata foret *cat* foret situata *G*

que *t/m* aditum *cat* *ontbr* *A* (*wèl Nederl. Beke*)

27 gore *cat* *ghore* *A12*

vexillifer *FG12B* vexilliger *G3ACD* *Dit wijst op -fer II en -ger III*

33 vero *cat* autem *A12* alii *t/m* suffocati sunt *overgeslagen* *A3*

Caput 67

1. *Narr. c. 27*
(p. 48)
(p. 49)
Igitur . . . tota ecclesia, suo orbata pastore, ad eligendum novum dominum convocatur. Dies electioni prefigitur, ad quam ut moris est, ab omnibus convenitur . . .
Et nota, quia predictus episcopus consanguineus fuit proximus comitis Gelrie et comitis Hollandie, qui eciam isti interfuit electioni. Notus eciam fuit Traiectensi ecclesie, quia maior pars capituli eum quandoque, ymmo non multo ante, in maiorem elegerunt prepositum.
6. (49)
Hiis omnibus comes Gelrie et Ghiselbertus de Amestelle novum dolorem addiderunt, qui semivivi, crudeli vulnere afflicti in medium cetum in ipso capitolio in spondis more defunctorum deponabantur. Breves enim tunc obtinuerant inducias a suis captivatoribus. Levatis ergo manibus plangunt . . . supplicant . . .
10.
Et obtinent, quod ab omnibus convenitur in dominum Wilbrandum, Paderburnensis ecclesie tunc episcopum.
(p. 50)
De quo nostra sperabat ecclesia, ut ad vindictam tantorum malorum competencior esset, tum propter dictorum comitum et aliorum cognatorum potentiam, quia nobilis fuit, frater comitum de Oldenburch . . .
13. (p. 50)
Aliquot enim annis laboraverat in Longobardia, in Apulia, Calabria et Sicilia circa negocia imperialia . . . Domino pape Gregorio nono notus fuit et acceptus. Ad quem dum propter moram nunciorum Traiectensium personaliter accessisset, videtur, auditur, cognoscitur et de omnium cardinalium consilio Traiectensis ecclesie postulacio admittitur, de Paderborne Traiectum traicitur et transfertur et accepta benedictione apostolica in patriam tendit.
19. *Narr. c. 28*
(p. 53)
Igitur novus episcopus . . . civitatem suam Traiectum primum ingreditur.
20. *c. 29*
(p. 53/54)
Comes Gelrie et omnes captivi per sentencias principum coram rege suis proscriptis et exlegibus captivatoribus abiudicantur et sic Covordie non revertuntur. Et . . . terra Trentonum . . . copioso exercitu in pluribus locis impugnatur.
24. (p. 54)
. . . accesserunt quidam Frisones de Westergo, per indulgenciam domini pape et exhortacionem domini episcopi evocati . . .
25. (p. 53)
. . . contra Covordenses et Trentones . . .
26. (p. 56)
Et nota, quod omnibus istis sex predictis exercitibus Covordenses et Trentones sex alios exercitus econtra cum suis capitaneis opposentes, viriliter satis restiterunt . . .
28. (p. 55)
Quo viso dominus episcopus . . . non moratur; sicut vir in bellicis negociis plurimum exercitatus, arma rapit, suos invocat, clamat, mandat, precipit, hortatur et sic instat, quod sui ipsam terram strennue inimicis fugientibus intraverunt et totum Enze combusserunt.
. . . prope Covordiam terram Trente audacter intraverunt, in qua totum Emne depredatum combusserunt . . .
. . . intrantes, quandam partem terre contra Runen incendere ceperunt.

Caput 67

Occiso sicut antedicitur Ottone pontifice Florencius Hollandie comes cum
 ceteris principalibus ecclesie vasallis Traiectum advenit, qui pro suo con-
 sanguineo domino Wilbrando Paderburnensi pontifice filio comitis de Olden-
 burch supplicatorias preces fudit. Cum autem universale capitulum super hiis
 5 deliberacionem ageret, ut devotas instancias eiusdem comitis admitteret, ecce
 comes Gelrie et dominus Amstellandie letaliter vulnerati et per breves in-
 ducias a prisione dimissi recumbentes in culcitra (!) dilati sunt in capitulum,
 qui plangendo deprecabantur ab ecclesia sue redempcionis auxilium. Quibus
 visis universus clerus amare lacrimatus est, et dolor tocius populi de nece pon-
 10 tificis non immerito renovatus est. Quamobrem idem dominus Wilbrandus Pa-
 derburnensis episcopus tanquam idoneus vindex xxxv^{us} postulatus est episco-
 pus, vir constans, audax et ingenuus; sed quoniam idem Wilbrandus fuit illis
 diebus in Ytalie partibus occupatus assidue negociis imperialibus, ideoque dis-
 creti viri trans Alpes festinanter emissi sunt ut eidem episcopo de novo pontifi-
 15 cio novam famam deferrent et postulacionem ecclesie Traiectensis in Romana
 curia presentarent. Quod eciam ita factum est, nam dominus papa Gregorius
 nominis huius nonus de consilio fratrum suorum notum et dilectum sibi
 Wilbrandus de Paderburno Traiectum transiecit et cum apostolica benedictione
 versus patriam honeste remisit. Idem ergo novus pontifex in Traiecto pro
 20 tribunali sedens dictante sententia principalium vasallorum comitem Gelrie
 cum ceteris captivis a prisione castellanii Kovordensis absolutum esse iudica-
 vit, quoniam idem castellanus tanquam proscriptus grassator et exlex suum
 verum dominum indigna morte pridem occidit. Qui continuo tam de potestate
 propria quam de Frisia per papales indulgencias copiosum eduxit exercitum,
 25 quem adversus Kovordenses et Trentones in sex turmas divisim ordinavit ad
 prelium. Econtra vero predicti populi sex cuneos statuerunt in gyrum ad
 resistendum episcopo, ita quod terram eorum nullus intrare posset absque
 gravi dispendio. Sed episcopus ut vir imperterritus adversos hostes ex omni

Cap. 67

4 wilbrando *cet* M vilbrando G2 willebrando FB willibrando D34 Daarentegen reg. 10 willibrandus
 D1234 alsook G123, terwijl in reg. 10 de enige afwijking van regel 10 is wilbrandus D1. Daaruit achten wij
 wilbrandus als de auterslezing vastataand. Cap. 68b reg. 1 wordt dit door M bevestigd. Zijn bisdom wordt
 paderburnensis A12 padeburnensis GA3D2 paterburnensis FBD134 genoemd, later paturbensis A12.
 Verder eerst pat'burnensis C en later patriburnensis. Wij vermoeden, dat de auteur p̄b^unen heeft ge-
 schreven, met de afkorting als pader- bedoeld. De bron leest Wilbrandus Paderburnensis.

6 amstellandie II amsterlandie III

7 Het juiste woord is culcita

8 deprecabatur ab ecclesia *cet* ab ecclesia deprecabatur G

9 clerus *cet* clerus lacrimabiliter G

13 assidue *cet* ontbr G

14 festinanter, emissi sunt *cet* missi sunt festinanter G dimissi sunt festinanter ire D34

15 ecclesie traiectensis *cet* traiectensis ecclesie G

17 nonus II lx^{us} AC 10^{us} B decimus D

18 sibi *cet* ontbr G

19 ergo *cet* igitur A12

25 divisim GCD divisit A1 divisit et A3 divisum FA2B

28 adversos *cet* adversus IIB

30. *Narr. c. 29* . . . convenissent, si nox superveniens illos non impedisset.
(*p. 56*)
33. (*p. 56*) Unde in die beati Victoris summo mane se in gratiam et in potestatem domini episcopi tradiderunt sub hac forma. Primo iuraverunt et super eo tradiderunt quadraginta obsides . . .
35. (*p. 56*) Rodolphus vero et sui fratres resignaverunt ecclesie et episcopo perpetuo sine omni questione possidenda duo castra, scilicet Lare, quod statim destruebatur, et Covordiam cum omnibus suis attinenciis et iurisdictionem Trente.
(*p. 57*)
37. (*p. 56*) . . . quatenus in certis terminis satis brevibus domino episcopo pro dampnis et expensis tria milia marcarum Coloniensium refunderent . . . et post annum mitterent in Levoniam pro animabus illorum quos in palude occiderant, centum bellatores . . .
Quibus omnibus istud pro potissimo dominus episcopus adiecit, ut ipsi de suis agris, quos multos possident, tot et tantos in unum componerent, ut ex illis cenobium de viginti quinque prebendis edificaretur . . .
39. (*p. 57*) . . . Lare, quod statim destruebatur . . .
40. *c. 31 (p. 59)* episcopus . . . Covordiam munit armis . . . castrum sic omnibus bonis habundans et munitum . . .
41. *c. 30 (p. 58)* Et Eylardum pro domino terre et custodem castri humiliter receperunt.
Hec omnia maxima fiebant solempnitate et expensis. A quo loco Traiectum ad festum sancti Martini ab omnibus festinabatur . . .
44. *c. 31 (p. 59)* Qualiter Rodolphus castrum Covordie traditorie receperit . . . quidam
(*p. 60*) suadente dyabolo pecunia corrupti et a dictis tribus fratribus seducti, castrum sic omnibus bonis habundans et munitum nequiter tradiderunt, quia istis post prandium in villam descendantibus et alios secum trahentibus hostes, quos ipsi in molendino suburbii absconderant, pontem castri preoccupant, portam succidunt et impugnant, viros innocentes, qui pauci erant et optime se defendebant, tandem vincunt, quosdam capiunt, alios crudeliter mactando occidunt et suos traditores recolligunt . . .
51. *c. 31 (p. 60)* Istud accidit anno Domini 1228.
53. *c. 32 (p. 61)* . . . ipsa hyeme, que solito plus et asperior inhorruerat, Covordiam multo populo et milicia circumvallavit, paderellas et duas machinas et castellum ligneum super glaciem, que tunc optato fuit spissa, plana et firma, viriliter et cum multa instancia ad castrum capiendum erexit. Sed in his omnibus et expensas et novam spem subito perdidit per invisum ventum et per subitam pluviam maledictam, qui illos . . . liberaverunt, exercitum adeo molestantes, ut toto apparatu illic dimisso recedere cogeretur.
57. *c. 32 (p. 60)* . . . episcopus . . . iterum se ad guerram et ad novos labores contra Covordenses preparat et accingit, milites colligit . . . ubi castrum Hardenberge ad munimen et defensionem episcopatus circa Yslam erigit et munire incipit . . .

parte circumvenit, plures sibi resistentes contrivit, quasdam villas incendit et
 30 usque ad opacam noctis umbram diffugientes adversarios profugavit. Mane
 dehinc facto cum garritus volatilium enunciasset adesse diluculum, Kovor-
 denses cum Trentonibus, metuentes episcopi magnificenciam datis obsidibus
 obtulerunt semetipsos ad gratiam. Quos idem episcopus in dedicionem benigne
 suscepit et per consequentes condiciones a sententia maledictionis absolvit,
 35 videlicet ut Rodulfus castella Kovordie et Lare sibi libere traderet, iuris-
 dictionem Trentonie beato Martino proprietarie redderet, tria milia marcarum
 pro diversis dampnis exsolveret, centum armigeros in Livoniam mitteret et
 monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti de xxv prebendis dotando
 40 construeret. Hiis itaque peractis episcopus castrum Lare funditus destruens et
 castrum Kovordie fideli custodia muniens, coadiutoribus suis cum graciaram
 actione valedixit, et ad festivitatem beati Martini Traiectum honorifice
 properavit. Sed ecce Rodolfus amare dolens se castrum episcopo resignasse,
 et a villicatione Trentonice terre sic omnino destitutum esse, corruptum unum de
 45 castrensibus pro quadam summa pecunie, quatenus sibi castrum traderet
 oportuno tempore. Nec mora quin cunctis quasi castrensibus cum traditore
 villam ingredientibus, Rodolfus infra suburbium latens pontem extemplo pre-
 occupavit, portam ulteriorem introivit, castrum dolose cepit, custodes intraneos
 occidit et exinde totam municionem suo satellicio communivit. Episcopus
 50 autem ex amissione castri nimirum conturbatus castellum Hardenberch prece-
 pit econtra fulciri et generalem expeditionem adversus Kovordenses et Trento-
 nicos proclamari. Igitur anno Domini mcccxxviii^o cum iam tota palus ex gelido
 rigore foret ubique pervia, dominus episcopus validum eduxit exercitum in
 Trentonia, sperans alterna die turre et menia castri Kovordensis cum diversis
 55 ingeniis atterere et omnes inimicos suos in eo simul apprehendere. Sed spes hec
 omnino frustrata est, quoniam eadem nocte ventus validus cum ymbre
 maximo de repente cadens in tantum attenuavit nivem et glaciem, ut totus
 exercitus dimissis ibidem ingeniis ad partes Ycelinas necessarie retrocederet,
 et episcopus iterum predicando papales indulgencias ad Frisiam pro subsidio
 tenderet. Superveniente demum estate, Rodolfus obtentis saltim xv dierum
 60 treugis trium abbatum de Frisia servare compromisit arbitrium, de omni
 forefacto quod hactenus invaluit inter eum et episcopum. Durantibus itaque
 treugarum induciis Rodolfus castellum Hardenberch adivit et de compo-

31 enunciasset *cet* annunciasset A12 prenunciasset A3
 37 livoniam *cet* livonia G lymogiam B limogiam D
 39 peractis *cet* gestis G
 47 ulteriorem *cet* interiorem G
 49 hardenberch *cet* hardenbergh A12 hardenburch A3 hardenburgh D2
 50 trentonicos *cet* trentones A
 52 in trentonia *cet* in trentoniam A
 55 ymbre *cet* ymbro G2 himbre F
 61 eum *cet* ipsum A12 *ēpm* A3
 62 hardenberch *als* reg. 66, *maar* herdenburch D2

58. *Narr. c. 33*
(p. 63) ... Frisones ... per suos legatos sepe et instanter offerebant, quod de toto suo scelere perpetrato sine omni contradictione libere et absolute vellent ipsorum stare arbitrio. Hoc ipsum obtinuerunt Frisones a domino episcopo, ...
59.
(p. 66) Superveniente igitur estate ...
(p. 64) ... et bellum ad quindecim dies fuit treugatum ...
(p. 65) Unde totum negotium datum est in manus et arbitrium quorundam abbatum de Frisia ... Et episcopus de consensu ecclesie et de speciali licencia domini pape recepit eos absolutos ...
62. (p. 67) Sed Deus ... eos in tam reprobum sensum dedit, ut Rodolphus de Covordia, uno tantum servo comite, castrum Hardenberge ascenderet, episcopo super concepta pace et compositione locuturus. De cuius stulto adventu episcopus plurimum miratus et turbatus, eum ... acriter redarguit, quod se in medios suos capitales et mortales inimicos precipitaret.
... adeo ut castellani, qui propter presenciam Rodolfi ... primo ad verba deinde ad arma concurrerunt ...
66. (p. 68) Quo audito episcopus cum suis Rodolfum armat et eum onibus modis defendere et de manibus illorum liberare laborat ... Sed episcopus minime perfecit ... Unde factum est, ut illi duo, Rodolfus et Henricus (= Henricus de Gravesdorp), octavo die in conspectu multorum nobilium et maiorum et minorum, qui illuc confluxerant ad negocium promovendum, quia gaudebant de vindicta suorum parentum, prope Nienstede in rotis confringerentur et exaltarentur.
68. *c. 38 (p. 80)* De cuius adventu et vix sperato reditu omnes gaudebant preter illos qui tempore sue absencie totam terram Traiectensem diversis insultibus inter se ipsos tumultuantes, rapinis et incendiis tota illa hyeme infestaverant.
70. *c. 33 (p. 68)*
(p. 69) Ex quo facto episcopus ... Traiectum properat, totum istum eventum ecclesie, sicut erat, exposuit et curiose ad hoc laboravit, ut per ecclesiam illi a morte liberarentur ... super quo postea sepius lucide et sufficienter se excusavit.
72. *c. 38 (p. 80)* Ad quorum correctionem cum episcopus ... laboraret, tandem tota illa discordia per Florencium comitem Hollandie filium Wilhelmi comitis, qui priori anno militare inceperat, penitus est sopita.
74. *c. 39 (p. 81)* De discordia cum Trentonibus nova ... corda Covordensium et Trentonum ... Groninge magna multitudine cum Vevelgonibus obsederunt.
74. *c. 38 (p. 79)*
75. *c. 39 (p. 81)*
(p. 82) Egbertus vero prefectus ...
In quos cives cum Hunsegonibus, tercio die insurgentes et e portis prorumpentes, in die octava marcii vicerunt et eos fugientes persecuti sunt, multos occidentes et plurimos capientes, de quorum curribus plurima spolia et arma et sexcentos equos abstraxerunt. Et sequenti die terram Vevelgonum pro magna parte combusserunt ... Alii vero strenue procedentes totum Lare cum ecclesia combusserunt ... In his omnibus dominus Egbertus et sui filii et consanguinei ductores et propugnatores extiterunt.

sicione pacis cum episcopo tractare cepit, de cuius adventu dominus episcopus
 plerumque stupens cum ammiracione cepit inquirere, cur inter omnes capitales
 65 inimicos suos uno servo comite solus esset ausus accedere, et ecce castrenses
 obstante pontifice Wilbrando sepedictum Rodolfum tanquam exlegem de
 conclavi violenter abstraxerunt, quem cum Henrico de Gravesdorp dire
 rotatum in stipitibus exaltarunt. Interea populus in terra Traiectensi tumul
 tuare cepit alterutrum, ut de die in diem pateretur aut bellum aut incendium.
 70 Pro quo dictus episcopus Traiectum ivit, excusacionem de nece Rodolfi palam
 omnibus fecit, et per auxilium Florencii comitis Hollandie inter ministeriales
 discordes pacis amicitiam reformavit.

Anno Domini mcccxxxi^o prophana gens Trentonica recollectis iterum in
 numeris bellatoribus obsedit Groningiam, et Egbertus prefectus econtra
 75 portas armipotenter aperiens occidit adversariorum suorum magnam copiam,
 qui currus et victualia cum de equis ibidem apprehendit, et alterna die
 plures villas in Trentonia conflagravit. Episcopus autem super hiis plerum
 que gavisus secessit ad Frisiam et ibidem per papales indulgencias eduxit iam
 tercio gentem maximam, cum qua Trentoniam potenter introivit, et villam
 80 Kovordie cum suburbio castri prorsus incendit, in quibus armigeri plurimos
 equos, arma, vestes et victualia prendiderunt, quinymmo parvulos et mulieres
 apprehensos crudelissime trucidarunt. Advesperascente denique die totus
 episcopalis exercitus trans paludem ad municionem versus Anen reversus est,
 et ibidem in magna gloria cum optenta preda mirifice iocundatus est. Matutina
 85 dehinc exorta luce pontificalis exercitus cum tubis frementibus et signis
 irradiantibus paludem retransiens properavit ad obsidionem castri Kovor
 die, minime diffidens de tropheo future victoriae. Sed ecce Trentonum in
 numerabiles copie preterita nocte clam intraverunt eiusdem castri presidium, et
 ab alia parte Frisones Monasteriensis dyocesis cum Trentonicis in magna
 90 prerogativa parati stabant ad prelium. Frisones autem Traiectensis dyocesis
 auxiliares episcopi consimiliter hesternae die devicti sunt, quapropter et
 Trentones adeo viriliter animati sunt, ut in manu forti Kovordiam audacter
 accederent, et adversus episcopalem exercitum sine mora confligerent. Sed
 episcopus attenuatus expensis versus castellum Hardenberch retrocessit,
 95 stipendiarios suos dissolvit, coadiutoribus suis valedixit, et castra sua cunctis
 necessariis adimplevit.

65 esset ausus *cet* ausus esset *AB*

66 wilbrando *CD* willebrando *F* willibrando *G13B* willibrandum *G2 ontbr A*

69 aut bellum aut incendium *AB* aut bellum vel incendium *CD* vel bellum aut incendium *F* bellum vel
 incendium *G* *Alleen AB stellen mogelijk twee groepen voor.*

73 recollectis *cet* collectis *A12*

83-85 trans t/m exercitus *ontbr. F*

86 retransiens *cet* transiens *GB*

87 minime t/m victoriae *cet ontbr A*

90 autem *II* etiam *III*

91 consimiliter *cet ontbr G*